p̄dicabile ergo est subiectū. Un̄ p̄ncipiū eius explicat̄ p̄ diffini tionē v̄l'is. s3 p̄pria passio ē p̄bile. et fit demōstratō talis b3 mo dū ɔsuetū. om̄e qđ natū est esse in pluribus ē p̄bile sed om̄e v̄l'e in ordine ad p̄dicabile est h̄mōi. igitur omne vniuersale predi/cabile est predicabile.

Arguit Nullū cōplexū ē subiectū. s3 v̄l'e in ordīe ad p̄/dicabile ē q̄d cōplexū. g° nō erit h̄ sb̄ctm. Ma ior p̄batur q2 scia capit vnitatē a subiecto. s3 cōplexū nō est q̄d vnū. nec pōt diffiniri. Dōm. q2 triplex ē cōplexū sc3 re tm̄. voce tm̄. re z voce simul. vn̄ nullū ɔplexū b̄m rē pōt esse subiectū. tn̄ bene b̄m vocē p̄pter penuriā vocabulo2 et sic ē in p̄posito.

Arguit Uoces sūt signa re2. si g° v̄l'e in ordīe ad p̄bile est q̄d ɔplexū b̄m vocē. erit etiā ɔplexū b̄m rem. Dōm q2 voces sunt signa re2 nō ad extra īmediate. s3 re2 ɔce/pta2. vna aūt res ɔcepta circūloquit̄ qn̄q3 pluribus vocib9 p̄p̄t penuriā vocabulo2 cū no ia sint finita res vero infinite.

Ar Hic ē ɔplexio ex subiecto et ex p̄pria passione. g° est ɔple xio b̄m rē. Dōm q2 ibi nō addit̄ p̄dicabile vt est p̄pria passio vniuersalis. sed vt est formalis modus ɔsiderandi q̄ non supaddit aliquid b̄m rem ipsi subiecto. nam sicut se habet d2n̄a ad genus ita se hab3 formalis rō ɔsiderandi ad subiectū. s3 d2a diuidens genus nō supaddit nouā naturā ip̄i generi. sed ɔtra/hit ip̄m genus sic etiam formalis modus considerandi nō sup/addit aliq̄d b̄m rē ip̄i subiecto. sed determinat z ɔtrahit ip̄m sub iectū. Uel dicendū q2 triplex est passio. nā quedā est passio oīno intrinseca ip̄i subiecto. et talis nō distinguit̄ a subiecto b̄m rem vt passio entis nō distinguitur ab ente et passio v̄l'is sub rōne p̄dicabilis nō distinguitur ab vniuersali. Alia est passio oīno ex/trinseca ipsi subiecto vt locus supficies tempus. et tales passio/nes realiter distinguūtur a suis subiectis. Tercia est passio q̄ est ptim extrinseca et partim intrinseca ip̄i subiecto. vt risibile zta/lis passio etiā distinguitur realiter a suo subiecto.

Ar Illud nō ē subiectū alic9 scie qđ transcēdit metas eius s3 v̄l'e trāscendit metas. g° nō est hic subiectū. Mio2 p3 q2 omīs scia ē vniuersaliū vt d2 p̄mo posterio2. Dōm q2 oīs scia est bn̄ vniuersaliū b̄m se et in ordine ad passiones quascūq3. nō tn̄ in ordine ad illā passionē que est p̄bile. sicut ista. vel dōm q2

vniuersale capit̃ dupliciť. vnō mō ꝓ vl'i ꝯplexo et sic vľe est qꝺ est ꝺe omni ꝑ se et ꝭm qꝺ ipm. ⁊ sic omnis scia est vniuersalium. Alio mō capit̃ vľe ꝓ vniuersali incōplexo quod aptū natuȝ est p̄dicari de pluribus ⁊ sic est hic subiectum.

Arguit̄ Nullū eq̇uocū est subiectū. sȝ vľe est eq̇uocū. g̃ nō est hic subiectū. Maior ē nota q꞉ subiectū est diffinibile sȝ eq̇uoci nō ē diffinitō. sȝ mior ꝓbat̃ q꞉ multiplex est vľe. Dōm ꝙ vľe absolute hic nō est subiectū: sed vľe i ordine ad predicabile. et ꝑ hoc excludunt̃ alie acceptiones.

Notandū Qꝫ sextuplex ē vľe. ꝑmū ē vľe in distribuendo qꝺ facit terminū cōem cui adiūgitur stare distributiue et vľr. vt oīs nullus neuter et talia vocātur alio noīe signa vniuersalia. Scōm est vniuersale in ꝯgnoscendo ⁊ ē illud qꝺ cognoscit vľe. ⁊ sic itellectus ꝺ꞉ vľe. Terciū est vniuersale in essendo vt est vniuersale platonicū qꝺ est sepatū a suis singľari bꝰ ꝭm rē et rōem simľ. qꝺ Aresto. reprobat. Quartū est vľe in causando et est illud qꝺ ē cā pluriū effectuuȝ spē drñtiū eque ꝑmo vt deꝰ ē vľe in causando est tū simplex in eēndo. Quītū est vniūsale in repn̄tādo qꝺ repn̄tat nat̃aȝ vľeȝ vt spēs intelligibilis repn̄tat naturā cōem siue vľem. Sextum est vniūsale ī p̄dicādo. Unꝰ. causat ꝑticipat. ꝯgnoscit. distribuitqȝ. Atqȝ repn̄tat ⁊ p̄dicat h̃ vniūsale. Et solū ꝺe vniūsali ī p̄dicādo ē h̃ ad ꝓpositū qꝺ ꝯsidērat̃ tribꝰ mōis. vnoº. vt ē añ rem ⁊ ē natura cōis ꝭm se accepta q̄ztū ad sua ꝑncipia eēntialia vt hō ē vniūsale añ rem ꝯsiderādo ipm vt ē aīal rōnale. Scōo mō vt ē in re. Et sic capit̃ dupľr. vno mō ꝓut ē sepatū a singľaribꝰ et ꝑ se subsistens. et hoc est vniūsale platoīcū alio mō ꝓut ē in re ⁊ in suis suppositis subsistēs. Tertio mō vt ē post rem. ⁊ ē natura cōis abstracta a suis singularibꝰ vt hō est spēs. Unde vniūsale añ reȝ est methaphysice cōsideratōis et ei attribuunt̃ p̄dicata essētialia Uniuersale in re consideratur a physico et ei attribuūtur p̄dicata suppositalia vt hō currit. Sed vniuersale post rē ꝯsiderat̃ a loyco ⁊ sibi attribuūtur p̄dicata intētionalia vt hō ē spēs aīal est genus et de tali vľi est hic ad ꝓpositū. Et ꝑ illā distinctōem soluūtur multa argumēta que pn̄t hic obijci de vniuersali.

Ar Si hic ꝯsideratur vniuersale post rē tūc loyca erit ꝑnci-paliter ꝺ secūdis intentionibꝰ. Probatur quia illa pre-

dicata intentionalia sunt secūde intētionis. Dōm q illa p̄dica ta intentionalia hn̄t se p modū passionū 7 nō p modū subiecti. Vn̄ scie cognoscunt a passionib' que demōstrant inesse subiecto ex hoc tn̄ nō sequit q loyca sit de secundis intētionib' pncipal'r

Arguit Qd̄ ē idē cū altero h̄ nō pōt esse passio eius sed vl'e 7 p̄dicabile idē sunt vt dt text' ergo p̄dica/bile nō pōt esse passio vl'is Maior pbat qr subiectū 7 ei' ppria passio distinguūt realiter. Dōm q triplex ē passio sc3 intrin/seca extrinseca et media sicut dictū est. vn̄ p̄dicabile ē passio in/trinseca q̄ nō distinguit realiter a suo subiecto s3 solū bm rōem.

Arguit Quicq̄d d3 alteri demōstrari inee h̄ d3 distin/gui bm rē ab ipo. s3 p̄dicabile demrātur ineē vl'i g̃ distinguit ab eo bm rē. Dōm q maior nō est va sed quicq̄d d3 alteri demrāri inesse h̄ d3 distingui ab eo bm rē vel bm rōem et q̄uis p̄dicabile nō distinguat ab vl'i bm rem tamē bm rōem.

Ar Quecūq3 hn̄t diuersas rōes drn̄t bm rē s3 vl'e 7 p̄dicabi/le hn̄t diūsas rōes. g̃ drn̄t bm rē. Maior pbat qr diffini tio est orō explicās quid est eē rei. Minor pt3 per textū. Dōm ad maiorē q vera est de diffinitōe quidditatiua qr diūse res hn̄t diuersas diffinitōes q̄dditatiuas tn̄ eadē res pōt hr̄e diuersas diffinitōes accn̄tales 7 modales que exp̄mūt diūsos mōs 7 cō/ditiones eiusdē rei 7 tales dant hic de vl'i et predicabili.

Querit Utr3 de q̄nq3 vl'ib' sit scia. Dōm q sic qr d̄ il lis ē scia que queniūt i aliq̄ cōi subiecto cui pt demōstrari inesse passio p ppriū 7 adequatū pncipiū sed q̄nq3 p̄dicabilia sunt hmōi. ergo de eis ē scia.

Arguit De pluribus nō pōt esse vna scia s3 q̄nq3 vl'ia. sunt plura g° de eis nō ē vna scia Maior pba tur qr vna scia ē vni' generis scibil'. Dōm l3 vna scia sit vni' sci bilis tāq3 vni' subiecti vl' pcl'ioes scibil'. tn̄ vna scia pōt eē pl'iū scibiliū vt ptiū subiectiuar3 subiecti et sic de q̄nq3 vl'ib' ē scia.

Ar Nō entis nō ē scia s3 vl'ia sūt nō entia vt pbat phs pmo posterior3. dicens gaudeant genera 7 spēs qm mōstra sūt et intelligit p mōstra nō entia. Dōm q phus ibidē loquit d̄ ge neribus et spēbus separatis extra singularia vt Plato loque/batur et sic improbat vl'ia. quia sunt nō entia.

Predicabile quādoqz

Iste est scđus tractatꝰ sūmulaꝝ. Pe. his. in q̄ post q̄ȝ determiauit i pmo tractatu de ꝓpōe q̄ cōponit ex t̃mis icōplexis. h̓ p̄nr determiat de ill' termis incōplexis. s. vl'ibus. cuius ordinis rō supius est dicta. Et duo facit nā in pmo agit de vl'ibꝰ ƀm rōem cōem oñdendo quid sit vl'e et quid pdicabile. scđo diuidit vl'e siue p̄dicabile in q̄nqȝ p̄dicabilia. et qꝛ p̄dicabile nō quocūqȝ mō diuidit in illa. iō pus diuidit p̄dicabile. Dicens q̄ p̄dicabile qñqȝ capit ꝓprie ꝛ qñqȝ cōmuniter sed quid sit quodlibet hoꝝ habetur in lr̃a.

Arguit Mēbra istiꝰ diuisiōis coīcidūt. ḡ diuisio ñ ē bona. Añs ꝓbat qꝛ vnū ɔtinet sub alio sic p̄dicabile ꝓprie sumptū ɔtinet sub p̄bili cōiter sūpto. Dōm q̄ȝuis mēbra istiꝰ diuisionis material'r coincidāt nō tñ formal'r. qꝛ p̄dicabile cōiter sūptuȝ nō est p̄bile ꝓprie sumptū nec ecōtra.

Arguit In nulla bōa diuisiōe vnū mēbroꝝ dȝ ɔuerti cū ipo diuiso. sȝ p̄bile cōit sumptū ɔūtit cū diuiso. gᵒ diuisio nō ē bona. Minor ꝓbat qꝛ p̄bile cōiter captū ē diuisum ꝛ mēbꝝ diuidēs. Dōm q̄ȝuis p̄dicabile cōiter sumptum vt diuidens cōuertat cū diuiso q̄ȝtū ad supposita nō tñ q̄ȝtū ad formalem rōnem ꝛ quantū ad modos sue acceptionis

Arguit In isto tractatu determiat de p̄bili cōiter sumpto. gᵒ etiā de tali erit hic ad ꝓpositū. Añs ꝓbatur qꝛ postea diffinitur indiuiduū. Dōm q̄ nō fit h̓ p̄ncipaliter sed minꝰ p̄ncipal'r ꝛ accñtal'r eo q̄ spēs p̄tur de indiuiduis ꝛ indiuiduū ponit in diffinitōe spēi ne ergo diffᵒ spēi detur p ignota sic incidētal'r diffinit indiuiduū vt postea patebit.

Arguit Sol luna mūdus sunt p̄bilia ꝓprie sūpta. et tñ pdicant de pluribꝰ. Dōȝ q̄ȝuis actu nō p̄t d̄ pluribꝰ tñ bene aptitudie. Sȝ diceres h̓ nō p̄t aptitudie d̄ pluribus qđ ipossibile ē multiplicari. sȝ ipossibile ē mundū multiplicari. ḡ mūdꝰ nō p̄t p̄ri aptitudie de pl'ibꝰ. Minor patet. qꝛ ƀm Arestotilē in pmo celi ipossibile est plures eē mūdos. Dōȝ q̄ maior est falsa qꝛ ipossibilitas multiplicatōis ꝛ aptitudo p̄dicabilitatꝭ d̄ pluribꝰ ex diuerſ se tenēt. nā pmū tenet se ex pte materie sȝ scđm se tȝ ex pte forme vñ forma sol' actu ē in sua materia

inesse speciebꝰ ꝛ accñs inest indiuiduis. Uł pt dici q̄uis accñs magꝰ inest accñtalr. tñ genꝰ magꝰ inest essentialr. sꝫ illd qḋ inest eeñtialr magꝰ inest q̄ꝫ illḋ qḋ inest accñtalr.

Arguit Nullū vniuocū dr mltiplr. sꝫ genꝰ ē vniuocuꝫ ḡ nō dr mltiplr. Mioꝛ pbat. qꝛ vno noie ꝛ vna rōe pdicat de plibꝰ. Dōm ꝙ genꝰ capit duplr. Unoꝰ in ordine ad suas spēs q̄ꝝ est genꝰ. ꝛ sic ē vniuocū. Alio mō in ordine ad suas acceptōes. ꝛ sic est equiuocū.

Arguit Nullū eq̄uocū ē pdicabile. genꝰ ē eq̄uocū. ḡ genus nō est pdicabile. Dōm ad maiorē ꝙ nullū eq̄uocū eq̄uoce acceptū ē pdicabile. sed genꝰ accipit triplr. ꝛ soluꝫ tercio mō ē vnū pdicabile ab alijs distinctū.

Arguit Genꝰ tercio mō sumptū ē eq̄uocuꝫ. Probat p Arestꝰ. vij. physicoꝝ q̄ dt ꝙ in genē latēt mlta id est mlte eq̄uocatōes Dōm ꝙ genꝰ capit duplr. Unoꝰ phisice inq̄ꝫtū noiat naturā bm eē qḋ hꝫ in suis spēbꝰ ꝛ sic ē eq̄uocū qꝛ in diūsis spēbꝰ hꝫ aliā ꝛ aliā rōeꝫ. Alioꝰ capit loyce vt nomiat vnā naturā cōeꝫ ꝯceptā oibꝰ suis spēbꝰ ꝯdicabilē. ꝛ sic ē vniuocū

Arguit Ples st acceptōes generꝰ in cōi q̄ꝫ tres. ḡ Pe. hysꝰ ē diminutꝰ. Añs pbat. qꝛ aliqḋ est genus masculinū ꝛ aliqḋ femininū. Dōm negādo ꝯñam. qꝛ Pe. hysꝰ. nō intendit ponē oēs acceptōes generꝰ. sꝫ illas q̄ ducūt nos in cognitionē generis loyci.

Primo mō dicit collectio.

Hic ponit pmā acceptōeꝫ generꝰ. dicēs. ꝙ genꝰ pmo mō ē collectio multoꝝ habentiū se ad inuicē ꝛ ad aliqḋ vnū quodāmō vt collectio romanoꝝ dr genꝰ. ꝛ silr collectio mltoꝝ eiusdē cognacōis vł pximi. ꝛ capit hic collectio passiue p rebꝰ collectꝰ. Uñ lꝫ in cumulo lapidū sit collectio non tñ st lapides collecti ab vno pncipio eiusdē generꝰ ꝛ ergo nō ē genꝰ pmo mō.

Querit Qualē ꝯuenientiā hꝫ genꝰ logicū cū genē pꝰ mō sūpto. Rñdet ꝙ istā qꝛ sicut genꝰ pmoꝰ dictū nomiat quādā collectionē mltoꝝ de vna pgenie sic genꝰ loycū noiat collectōeꝫ mltaꝝ spēꝝ pꝛtātiue ꝯtētaꝝ sb vno. Sꝫ differūt pꝰ. qꝛ genꝰ pmoꝰ sumptū includit actu ea q̄ sub ipo st. sed

prestanione karty

gen⁹ loycū ɔtinet solū ptātiue ea q̄ cōtinēt sub ipo. Scđo dr̄n̄t q̄ gen⁹ p̄mo⁰ acceptū ɔtinet ea q̄ sub ipo sᵹ p mo^m toti⁹ integl̄is. sᵹ gen⁹ loycū hᵹ se p mo^m toti⁹ vl̄is. Tercio dr̄n̄t. q̄ gen⁹ p̄mo⁰ sūptū nō p̄dicat̄ de ill' q̄ ɔtinēt sb ipo. sᵹ gen⁹ loycū v̄e p̄dicat̄ de ill' q̄ sb ipo ɔtinent. vt hō est al'. leo est aial ⁊ sic de alijs.

Arguit Genus dicit aliqđ vnū. sᵹ collectio multoruᵹ eiusdē pgenei n̄ ē aliqđ vnū. ergo illa collectō nō ē gen⁹. Dđm q̄ ē aliqđ vnū ppter vnitatē p̄ncipij material qđ ē semen ppagacōis mltiplicatū in tota pgenie.

Secūdo mō dicitur genus

Hic ponit scđam acceptōᵹ generꝭ dicēs. gen⁹ scđo mō ē p̄ncipium vniuscuiusqᵹ generacōis vt pater ⁊ patria seu loc⁹. Vn̄ locus dr̄ p̄ncipiū generacōis inq̄ztū in eo ē v̄t⁹ ɔseruatiua locati. ⁊ iō hoīes nati in eodē loco ɔueniūt in colore vl' ɔditōe.

Arguit Illa acceptio dᵹ p̄cedē p̄mā. ḡ iste ordo ē mal⁹ Añs pbat̄. q̄ p̄ncipiū collectōis ē an̄ collectōᵹ vl' an̄ res collectas. Dđm q̄ duplx ē ordo. s. nature siue doctrine ⁊ ordo discipline siue q̄ ad nos. Jā dr̄ q̄ illa acceptio ē an̄ p̄mā ordine nature. sᵹ p̄ma ē an̄ scđam ordine discipline. q̄ secunda hᵹ maiorē ɔuenientiā cū genē loyco q̄ᵹ p̄ma acceptō. ⁊ ergo ponit̄ iuxta terciā acceptōeᵹ immediate.

Notandū Q̄ gen⁹ scđo mō ⁊ gen⁹ loycū cōueniūt ⁊ dr̄n̄t. Cōueniūt q̄ sicut gen⁹ scđo mō ē p̄ncipiū vniuscuiusqᵹ generacōis. sic etiā gen⁹ loycū ē p̄ncipiū suaꝶ spēꝶ. Sᵹ differt. q̄ gen⁹ scđo mō sūptū ē p̄ncipiū extrinsecū ⁊ effectm̄. sᵹ gen⁹ loycū ē p̄ncipiū formale siue intrinsecuᵹ. Scđo dr̄n̄t. q̄ gen⁹ scđo mō nō p̄dicat̄ de ill' q̄ ɔtinēt sub ipo. q̄ ē p̄ncipiū extrinsecū ipoꝶ. sᵹ gen⁹ loycū p̄dicat̄ de suis spēb⁹ q̄ est principiū intrinsecū suaꝶ spēꝶ.

Arguit Om̄e gen⁹ ē vl'e sᵹ p̄n^m generacōis vt pr̄ l' loc⁹ ē vnū singl'are. ḡ n̄ ē gen⁹. Dđᵹ lᵹ om̄e gen⁹ loycū sit vl'e nō tn̄ sᵹ ge⁹ ciuile sᵹ qn̄ᵹ ē singl'are sic pr̄ generās ple.

Querit Quare Pe. hys. exēplificat h̄ poti⁹ de p̄re q̄ᵹ de mr̄e cū tn̄ mr̄ sit etꝭ p̄n^m generacōnis. Dđm q̄ iō. q̄ pr̄ ē p̄n^m effectm̄ ⁊ actiuū. ⁊ mr̄ ē p̄n^m passiuū. sᵹ gen⁹ loycū nō hᵹ ɔueniētiā cū p̄n⁰ passiuo sic cū p̄n⁰ actiuo. Etꝭ p̄n^m actiuū

ē digni⁹ ṗn°. passiuo. sz a digniori dz fieri denoīa°. Ul' pt dici q̄ mr̄ ɔphēdiť sb p̄re q2 pī poniť h̄ p parente. qd̄ etiā dr̄ de matre.

Queritur q̄re poti⁹ exēplificat de loco q̄z de tpe cū tn̄ generacōes fiūt ī tpe. Rn̄ť q̄ iō q2 loc⁹ ē ṗnm ɔfuatiuū eo q̄ ē mēsūa pmanēs z ɔfuat locatū. sz tps ē poti⁹ ṗnm corrupcōis eo q̄ tp̄s ē mēsūa successiua z ī tpe aliq̄ tabescūt z senescūt

Ar Accn̄s n̄ ē ṗnm sube sz loc⁹ ē accn̄s. /scūt iiij°. phisicorū g̊ loc⁹ n̄ ē ṗnm genēacōis q̄ ē ad subaz. Dōm q̄ loc⁹ capiť dupl'r. Uno° mathematice inq̄ztū absolute ē supficies corpis ɔtinētis z sic nō ē ṗnm generacōis. Alio mō p corpe ɔtinēte p vt h3 in se v̄tutē ɔfuatiuā acceptā a corpib⁹ celestibus. z sic locus bn̄ est ṗncipiū generacōis coadiuuans.

Arguitur Romulus n̄ ē ṗnm vniuscuiusq3 genēacōis. g̊ nō ē gen⁹ scd̄o mō. An̄s ptz q2 romul⁹ est solū ṗnm romanorū z nō aliorū. Dōm q̄ vniuscuiusq3 dz capi pticl'ariter p alic⁹ z nō distributiue. vl' si capiať distributiue ista acceptio dz ītelligi s̄m locutōz reddituaz reddēdo singl'a singl'is. q2 n̄ ē sēsus q̄ romul⁹ sit ṗnm cuiusq3 genēacōis simpl'r. sz ē sēs⁹ q̄ romul⁹ ē ṗnm vniuscuiusq3 genēacōis ī ordīe ad ea q̄ ab eo dn̄dent

Arguitur Diffinicō genēis scd̄i mōi ɔueīt materie prime q̄ tn̄ n̄ ē gen⁹. g̊ diffinicō ɔueīt alt̄i a diffinito. An̄s pbať. q2 mat̄ia pr̄ia ē p̄ricipiū vniuscuiusq3 genēacōnis. vt ptz p°. phisicorū. Dōz l3 mat̄ia pr̄ia sit p̄ricipiū mat̄iale vni⁹cuiusq3 genēacōis n̄ tn̄ ē p̄ricipiū effectiuū de q̄ ītelligiť diffini°.

Arguitur Sol est p̄ricipiū effectiuū vniuscuiusq3 rei genite cuiuscūq3 genēacōis. z tn̄ n̄ ē gen⁹ scd̄o mō q2 n̄ est pr̄ l' patria. Dōm l3 sol sit p̄ricipiū effectiuū vl'e nō tn̄ pticulare de quo intelligiť pn̄s diffinicō.

Tercio mō diciť genus cui

Hic pōit terciā acceptōz generis q̄ est loyca z p̄ricipal'r h̄ intenta dicens gen⁹ t̄cio mō ē cui suppōiť spēs. Et ē ītellect⁹ illi⁹ accepcōis. gen⁹ ē cui directe īmediate z ī rcā linea p̄ntali suppōiť spēs

Ar Generi suppōiť dr̄a. g̊ n̄ tm̄ spēs Dōz q̄zuis a latē drn̄a suppōiť genēi n̄ tn̄ directe ī linea p̄ntali sic spēs. sz dicēs gen⁹ suppōiť genēi dircē z īmediate. g̊ n̄ solū spēs An̄s pbať q2

aial ē gen⁹ ꝛ supponit̄ generi scȝ corpi aiate. Dōm ꝙ aial cōpat̄ ad duo. Uno⁹ ad supiora scȝ ad corp⁹ animatū ꝛ ad corp⁹ mixtū. ꝛ sic aial nō est gen⁹ sȝ spēs. Alio⁹ ad inferiora scȝ ad hoiem equū. ꝛ sic aial ē gen⁹. Un̄ qn̄ aial supponit̄ corpi animato. tūc gen⁹ nō supponit̄ generi. qꝛ tunc aial ē spēs. qꝛ oīa inter media in arbore Porphyriana sūt genera respectu suoꝝ inferioꝝ et spēs respectu supioꝝ.

Arguit Idē nō su ppoit̄ sibiipi sȝ gen⁹ ꝛ spēs sūt idē. ergo spēs nō supponit̄ generi. Minor ꝓbat̄. qꝛ nomināt eandē naturā. Dōm ꝙ lȝ sint idē ꝑm rē. differūt tn̄ ꝑm rōez. qꝛ h̄ ꝙ dr̄ gen⁹ cōfuse spēs dr̄ determiate. Sȝ dicēs si spēs est idē ꝑm rē cū genē. g̃ ē idē cū spē sibi opposita. Tȝ ɔn̄a. quia si spēs ydēptificat̄ cū genere. etiā ydēptificabit̄ cū duab⁹ differētijs generis q̃ a genē nō distinguūt̄. Dōm negādo cōseq̄ntiā qꝛ q̄zuis differētie nō differāt in genē. differūt tn̄ int̄ se ꝓpter naturā oppositōis q̄re etiā oppositas spēs cōstituūt.

ut dicit doctor sanctus videlicet
ꝛ essentia

Enus ē quod predica.

Positis acceptionib⁹ ipi⁹ generis. hic cōseq̄nter dicit vnū mēbrū qd̄ sibi ē ad suū ꝓpositū. s. gen⁹ tercio mō ꝛ p̄⁹ ponit diffinicōȝ. scd̄o declarat eā. Dicit g̃ gen⁹ ē qd̄ p̄dicatur de plib⁹ spē drn̄tib⁹ in eo qd̄ q̇d est. Et refert h̄ qd̄ vl'e. qd̄ ponit̄ loco generis licet nō sit veꝝ gen⁹. sȝ alij q̇ dicūt hic diffiniri secundā intentōeȝ dicūt ꝙ referat primā intentōeȝ genericam vl' obiectū generis nō vnū tm̄. sȝ oīa sil' sub disiūctōe vt sit sēsus gen⁹ est suū obiectū scȝ aial corp⁹ color ꝛc̄. qd̄ supple obiectū scȝ aial corp⁹ ꝛc̄. p̄dicat̄ de plib⁹. qꝛ scd̄a intētio est accn̄s. g̃ hȝ diffiniri ꝑ aliqd̄ extraneū a natura sua. scȝ ꝑ subiectū. sȝ suppositū ē falsum. Etiā ꝑm ipos p̄ma intētio vl' obiectū generis nō ē subiectū illi⁹ scd̄e intēcōis lȝ hoc ꝑm ꝟitatē sit dōm.

Querit Quō ꝓbat Porphyri⁹ istā diffinicōeȝ eē bonā. Rn̄det̄ ꝙ sic. qꝛ illa diffīcō ē bona q̄ nō est supflua neqȝ diminuta ꝛ sufficiēter explicat naturam diffiniti ꝛ facit ipm differre a quolibet alio. sȝ p̄ns ē hmōi. g̃ ē bona. Mior ptȝ. qꝛ ꝑ h̄ qd̄ dr̄ de plib⁹ differt gen⁹ ab indiuiduo. ꝛ ꝑ h̄ quod dr̄ differentibus spē differt a specie. Et per hoc qd̄ dr̄ in eo ꝙ q̇d est differt gen⁹ a drā ꝓprio ꝛ accn̄te.

totā. ⁊ ergo nō pt multiplicari. ſʒ tn̄ q̄libet forma in materia q̄ʒ/ tum eſt ex pte ſui ſm numeꝝ multiplicari pt. vl' dōm ad minorē q̄ lʒ non poſſunt eſſe pl'es ſoles poña reducibili ad actū p agēs naturale tn̄ bn̄ p agēs ſupnaturale. Et ſi dicat diuiſo illo ſole in duas medietates vtraqʒ medietas retinēt formā ſpecificā ſo/ lis ergo ſol actu p̄dicaret de plurib⁹ Dōm q̄ hoc poſito q̄ ita di uideret tamē hoc nō poſſet fieri p agens naturale.

Predicabile ſiue vniuerſa

Diffinitis vl'i ⁊ p̄dicabili pprie ſūptis ſm ſuas rōes accn̄tales diūſas ꝯn̄ter diuidit ea in q̄nqʒ modos. ſcʒ in gen⁹. ſpēm. dr̄am pprin̄ ⁊ accn̄s. Quoꝝ ſufficiētia pt ſic ſumi. nā om̄e p̄dicabile p̄dicat de plurib⁹. vl' ergo p̄dicat in q̄d aut in quale. Si in q̄d hoc ē dupl'r. vl' p̄dicat de plib⁹ drn̄tib⁹ ſpē ⁊ ſic eſt gen⁹. vl' diffe rētib⁹ nūero. ⁊ ſic eſt ſpēs. Si in q̄le hoc ē dupl'r. vl' in q̄le eſſen tiale. ⁊ ſic ē dr̄a. aut in q̄le accn̄tale hoc ē dupl'r. vl' ꝯuertibiliter ⁊ ſic eſt pprin̄. aut nō ꝯuertibl'r. ⁊ ſic eſt accn̄s.

Querit Utrū illa ſit vera tm̄ q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia Di cendū q̄ ſic. ⁊ pbat tripl'r. p° autoritate Por/ phyrij. ⁊ Petri hyſ. in textu. ſcd̄o pbat rōe p ſufficientiā iā datā tercio pbat p ei⁹ exponētes. q̄ꝝ p̄ma ē q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia ſcd̄a ē ⁊ nō ſt̄ plura q̄ʒ q̄nqʒ. ergo tm̄ ſt̄ q̄nqʒ p̄dicabilia. ꝯña tʒ ab ex/ ponētib⁹ ad expoſitā. Et tm̄ ibi exponit gr̄a pl'itatꝭ. q̄ ponit cir ca dictionē numeralē. ſʒ q̄n ponitur circa aliā dictionem expo/ nit gr̄a alietatꝭ. vt h̄ tm̄ aīal ē hō q̄ exponit ſic. aīal ē hō. ⁊ nihil alīd ab aīali ē hō. igr̄ tm̄ aīal ē hō.

Notandū Q̄ illa ppō. tm̄ q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia ex/ ponit dupl'r. Uno° vt h̄ ſignuʒ tm̄ facit vnā ppōeʒ excluſiuā. Alio° vt facit ppōem de excluſo ſubiecto. Si facit excluſiuā tc̄ expoīt dupl'r. Uno° gr̄a pl'alitatꝭ ⁊ tūc eſt vera. quia ſenſus eſt. tm̄ quinqʒ ſunt predicabilia. ideſt quinqʒ ſunt predicabilia ⁊ non plura ſunt q̄ʒ quinqʒ. Alio modo expo/ nitur gratia alietatꝭ ⁊ ſic ppō ē falſa. q̄ ſenſus ē tm̄ q̄nqʒ ſt̄ p̄di cabilia. i. q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia ⁊ nō ſt̄ alia a q̄nqʒ. Alio° hoc ſig/ nū tm̄ facit vnā ppōeʒ de excluſo ſubiecto. ⁊ ſic iteꝝ dupl'r expo nit. ſcʒ gr̄a pl'alitatꝭ. vl' gr̄a alietatꝭ. ſi gr̄a pl'alitatꝭ. ſic ſēſus ē tm̄ q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia. i. q̄nqʒ ſt̄ p̄dicabilia ⁊ non pl'a q̄ʒ q̄nqʒ ⁊ ſic

ē ꝟa. Si expōnit̃ grā alietatꝭ. tūc sensus ē. tm̄ q̄nqꝫ sſt p̄dicabi/
lia. id est q̄nqꝫ sſt p̄dicabilia ⁊ nō alia a q̄nqꝫ. ⁊ sic ē falsa. Un̄ h̄
sigm̄ tm̄. tc̄ fac. ꝓpōeꝫ exclusiuā q̄ñ excludit oīa a sbiecto ⁊ a ꝯsor
tio p̄dicati. sꝫ tūc facit ꝓpōeꝫ de excluso subiecto q̄ñ solū exclu/
dit oīa a sbiecto.

Arguit Tm̄ q̄ttuor sſt p̄dicabi/ lia ⁊ vnū. sꝫ vnū n̄ ē pl'a. g̃ tm̄ q̄ttuor sūt p̄dica/ bilia ⁊ ñ pl'a. Dōm q ibi male arguit̃. q2 pl⁹ poit̃ in maiore q̄ꝫ in ꝯclusiōe. sꝫ dꝫ sic argui. tm̄ q̄ttuor sūt p̄dicabilia ⁊ vnū. sꝫ vnū nō ē pl'a. g̃ tm̄ q̄ttuor sūt p̄dicabilia ⁊ vnū qđ nō ē pl'a.

Arguit Ex illa tm̄ q̄nqꝫ sūt p̄dicabilia seq̄t̃ falsū. g̃ ipa ē falsa. Añs ꝓbat̃ sic arguēdo. tm̄ q̄nqꝫ sūt p̄di/ cabilia. g° oīa p̄dicabilia sūt q̄nqꝫ ibi. ꝯña ē bona. q2 arguit̃ pe/ nes regulā illi⁹ signi tm̄. sꝫ ꝯn̄s ē falsū. g° ⁊ añs. Dōm q illa re/ gula ꝯñtiaꝝ intelligit̃ in t̃mīs nō nūerabilib⁹ vt bn̄ seq̄t̃. tm̄ hō ct̃. g° om̄e currēs ē hō. Et lꝫ autor ꝯñaꝝ illā spēcificacōeꝫ nō po nat tn̄ sufficiēter intelligr̃ ex exēplis. Etiā lꝫ nō ponat tn̄ nō seq̄/ tur q g°. nō debeat poni. q2 loc⁹ ab autoritate negatiue nō valet.

Arguit Decē sūt p̄dicam̄ta ⁊ qđlibet eoꝝ ē p̄dicabile. g̃ sſt decē p̄dicabilia. Dōm ad minorē q lꝫ qđli/ bet p̄dicamtū sit p̄dicabile nō tn̄ qđlibꝫ ē p̄dicabile distinctū ꝯ qđlibꝫ. q2 oīa p̄dicam̄ta cōtinet̃ sub vno p̄dicabili. scꝫ sub ge/ nere. Un̄ al'r distiguūt̃ p̄dicabilia ⁊ p̄dicam̄ta. Nā p̄dicamēta distinguūt̃ penes diūsos modos generalissimos p̄dicandi de p̄ ma suba. sꝫ illi modi reperiūt̃ decē. g° decē sſt p̄dicam̄ta. Sꝫ p̄di cabilia distinguūt̃ penes diūsos modos p̄dicādi de suis subīci bilib⁹. sꝫ illi mōi sſt q̄nqꝫ. g° q̄nqꝫ sſt p̄dicabilia.

Arguit Tm̄ q̄ttuor sſt p̄dicata dyaletica. g° tm̄ q̄ttuor sſt p̄dicabilia. ꝯña tꝫ. q2 videt̃ eē idē. Dōm q nō sſt idē. sꝫ distinguūt̃ ab inuicē penes diūsa fūdam̄ta. nā p̄di/ cabile fundat̃ sup̄ diūsos mōs p̄dicādi de pl'ib⁹ tm̄. sꝫ p̄dicatuꝫ fundat̃ sup̄ modos inherēdi vni tm̄ l' pl'ib⁹. nā mod⁹ inherēdi diffinicōis ⁊ ꝓprīj est inherē cōuertibil'r si mod⁹ inherēdi gene/ ris ē inherē eēntial'r ⁊ nō ꝯūtibil'r. Et nō distinguūt̃ p̄dicabile ⁊ p̄dicatū solū penes actū ⁊ poñaꝫ. q2 q̄ñ dr̃ q̄ttuor sſt p̄dicata. p̄dicatū capr̃ noīaliter ⁊ nō ꝑticipialiter.

Arguit Sūt tm̄ duo mōi p̄dicādi. scꝫ q̄d ⁊ q̄le. g° erūt duo p̄dicabilia tm̄. Dōm lꝫ sſt tm̄ duo mōi p̄/

dicādi in genē sꝫ tm̄ q̄nqꝫ in spē. ſꝫ p̄dicabilia distinguūt penes diuſos modos spēales pdicādi de suis sbijcibilib9 ꝛ n̄ genēales

Ar Diffi.o ē p̄dicabile ꝛ n̄ ē ali/ /qꝛ i genē mlta ꝯueniūt. qᵭ ex istꝫ q̄nqꝫ. g9 adhuc sꝫ pl'a. Añs probat. qꝛ p̄dicat de pl'ib9. Dōm q̄ lꝫ p̄dicet de pl'ib9 tāqꝫ qᵭdā ꝯplexum. nō tm̄ tāqꝫ obiectū vnū incōplexū. Et qn̄ dr̄ diffi.o ē q̄d incōplexū p̄dicabi le de pl'ib9 vt diffinitio eeñtial' ē diffinicō. diffinicō accñtal' est diffinitio. g9 solutio nulla. Dōm q̄ diffinicō ꝑ scda intētōe est q̄d icōplexū ꝛ ē p̄dicabile gen9 si ꝯpet ad sua iferiora eo mō q̄ ge/ nera ꝛ spēs repiūt i scdis intētōib9. vl' ē p̄dicabile accñs si ꝯpet ad sua obiecta. s. ad p̄mas intētōes vt h̄ aīal rōnale ē diffinitio.

Ar Dr̄a generica ꝛ dr̄a specifica h̄nt diuſos mōs p̄dicādi. g9 sꝫ sex p̄dicabilia. Añs ꝓbat. qꝛ dr̄a generica hꝫ mōs p̄dicādi i q̄le eeñtiale de pl'ib9 dr̄ntib9 spē. et dr̄a specifica de pl'i b9 dr̄ñtib9 solo nūo. Dōm q̄ h̄nt diuſos mōs p̄dicādi nūal'r di stictos n̄ āt formal'r. nā ābo p̄dicāt in q̄le eeñtiale. Et qn̄ dr̄ h̄nt disticta sbijcibilia. g9 sꝫ disticta p̄dicabilia. ꝯña tꝫ qꝛ distinctō p̄dicabiliū suīt penes distictōꝫ sbijcibiliū. Dōꝫ negādo ꝯñaꝫ ꝛ ei9 ꝓbacōꝫ. qꝛ p̄dicabilia distiguūt penes distictos mōs p̄dicā di i q̄d l'i q̄le vt sup̄ dcm̄ ē. Et sbijcibl'e imediatū dr̄e specifice

Ar Gen9 ꝛ spēs sunt p̄dicabilia ꝛ /ē spēs ꝛ nō indiuiduū. sūt tm̄ duo. g9 tm̄ duo sunt p̄dicabilia. Dōm q̄ illa ꝓpō gen9 ꝛ spēs sūt p̄dicabilia ꝛ sūt tm̄ duo p̄t dupl'r exponi. Uno9 g̃ra pl'alitatis ꝛ sic ē v̄a. qꝛ sēsus ē gen9 ꝛ spēs sunt p̄dicabilia. ꝛ sꝫ tm̄ duo. i. sūt duo ꝛ illa duo n̄ sꝫ pl'a qꝫ duo qᵭ ē verꝫ Alio9 g̃ra alietatꝫ ꝛ sic ē fl'a. qꝛ sēsus ē gen9 ꝛ spēs sꝫ tm̄ duo p̄dicabi lia. i. gen9 ꝛ spēs sꝫ duo p̄dicabilia ꝛ n̄ sꝫ alia p̄bilia qꝫ illa duo

Querit Qual' est ista diuisio vl'is siue p̄dicabil'. Rn̄t q̄ ē analogi i sua analogata. qꝛ vl'e. siue p̄dica/ bile p̄us dr̄ de genē deīn̄ de spē ꝛ p9h̄ de alijs. Qᵭ sic ꝑtꝫ qꝛ sicut ens dr̄ analogice de suba ꝛ accñte ita sil'r vl'e dr̄ analogice de illo qᵭ iest eeñtial'r ꝛ qᵭ īest accñtal'r. ſꝫ gē9 inest eeñtial'r pl'ib9 dr̄nti b9 spē. iō p̄cedit spēm q̄ solū iest pl'ib9 nūo dr̄ñtib9. Et q̄ gen9 spe cies ꝛ dr̄a p̄cedūt alia ē iō. qꝛ gen9 spēs dr̄a insūt eeñtial'r. ꝓpri um ꝛ accñs insūt accñtal'r. etiā gen9 ꝛ spēs veri9 insūt qꝫ dr̄ña. quia genus ꝛ spēs insunt ꝑ modū substātie. ꝛ differentia inest ꝑ modū qualitatis. Sil'r vniūsale dicit verius de ꝓprio qꝫ de

accñte eo q ꝓpriũ inest semp qꝛ predicat ꝯuertibl'r ꝛ accñs nõ inest sp neqꝫ ꝑdicat ꝯuertibil'r. Alij vo dicũt q vl'e sit genus ad illa q̇nqꝫ. sꝫ hoc incõueniẽter dr̄. tũ p̄mo qꝛ si esset genus vl' esset gen⁹ generalissimũ aut gen⁹ subalternũ. nõ primuꝫ. qꝛ tũc essent plura qꝫ decẽ. neqꝫ scd̄m. qꝛ nõ ponit sub aliquo illoꝝ decẽ cũ sit ens rõis qd̄ nõ ponit in ꝑdicamẽto. Tũ scd̄o. qꝛ gen⁹ nõ põt ꝑ dicari denoĩatiue de suis speciebus. sꝫ vl'e ꝑdicat denomiatiue de q̇nqꝫ vl'ib⁹. ergo nõ est gen⁹ ad ipa. Minoꝛ ꝓbat. qꝛ cum dr̄ genus est vl'e est ꝑdicatio denominatiua ꝛ sil'r cũ dr̄ spẽs ẽ vl'e cũ iste sint denominatiue predicatões gen⁹ est genus. spẽs ẽ spẽs.

Arguit Uniũsale ꝑdicat de q̇nqꝫ ꝑdicabilib⁹ drñtib⁹ spẽ in q̇d. g̃ ẽ gen⁹. Aũs in q̇d ꝓbat. qꝛ ꝯuenienter rñdet ad interrogatõꝫ factã ꝑ q̇d vt si q̄rat q̇d ẽ gen⁹ ꝯueniẽter rñdet ẽ vl'e. ꝯña ꝓbat ꝑ p̄hm in fine q̄rti topicoꝝ. qꝛ si aliqd̄ seq̄t ad aliđ nõ ꝯuertibil'r ꝛ dr̄ de eo in q̇d difficile ẽ sepaẽ q nõ sit gen⁹. Dõm ꝫ sit difficile destruẽ illđ nõ esse gen⁹ nõ tñ est ĩpossibibile. Uel ꝯ dõm q nõ ꝑdicat de eis in q̇d sꝫ denoĩatiue

Arguit Uniũsale ẽ vniuocũ ad q̇nqꝫ ꝑdicabilia ꝛ nõ ẽ spẽs neqꝫ drã neqꝫ ꝓpriũ neqꝫ accñs. g̃ ẽ genus Prima ps añcedẽtꝭ ptꝫ. qꝛ illđ ẽ vniuocũ ad aliq̃ qđ ꝑdicat de illis vno noĩe ꝛ vna rõne. sꝫ vl'e ꝑdicat de q̇nqꝫ ꝑdicabilib⁹ vno noĩe ꝛ vna ratõe. g̃ ẽ vniuocũ. Maioꝛ ptꝫ ꝑ diffinicõꝫ vniuocoꝝ. Mioꝛ ꝓbat inductiue. qꝛ spẽs ẽ vl'e drã ẽ vl'e. ꝛ sic de alijs sil'r spẽs ẽ apta nata eẽ in pl'ib⁹ ꝛ drã ẽ apta nata eẽ in pl'ib⁹. Dicendũ ad maiorẽ q illđ ẽ vniuocuꝫ qđ ꝑdicat de m'ltꝭ vno noĩe ꝛ vna rõe eodẽ mõ ꝑticipata. sꝫ vl'e nõ est hmõi. qꝛ rõ vl'is non eq̄liter ꝑticipat ab om̄ib⁹ ꝑdicabilib⁹ vt patuit.

Enus dicit tripliciter

Postq̃ determinauit de vniuersali in cõi diffinitiue et diuisiue ꝯnter agit de vnoquoqꝫ in speciali. ꝛ p̄mo de genẽ cui⁹ ponit tres acceptões vt eligat vnã de q̃ ẽ hic ad propositũ. Et est ratio ordinis ex dictis sumenda.

Arguit Illđ vl'e dꝫ eẽ p̄mũ qđ magꝭ inest. sꝫ accñs magis inest. g̃ accñs erit p̄m ꝑdicabile. Maioꝛ ꝓbat ꝑ diffinicõꝫ vl'is ꝛ mioꝛ ptꝫ ꝑ diffinicõeꝫ accñtꝭ. Dõm qꝫ uis accñs magꝭ inest ꝭm rẽ tñ gen⁹ maxie inest ꝭm rõeꝫ. nã gen⁹

genera de pdicamētis accñtiū in abstracto designata pdicant in qd ɓm moduz de suis spēbus. ⁊ si sint spēs tūc pdicant in qd de suis indiuiduis. Tercio. genera ⁊ spēs de pdicamēto substātie pdicant in qd. s. ɓm rē ⁊ modū sil'. Ex isto pz q diffinitō maxime pdicat in qd. deinde genera ⁊ spēs de pdicamēto substātie ⁊ vltio genera ⁊ spēs in abstracto designata de pdicamēto accñtiū

Querit Utrum genus posset saluari in vna spē. Rñdet q genus capit dupl'r. Uno. qztū ad suā eentiā. ⁊ sic genus bñ pt saluari in vnica spē. q2 tota eentia generis est in vna spē. Nā posito casu q inter aīalia solus hō esset. adhuc tota eentia saluaret in hoīe. q2 tūc adhuc aīal vere diceret de hoīe. g esset in hoīe. q2 dici de psupponit eē in. ⁊ q2 eentia cōis ē diuisibil' saltē in ptes integles. ⁊ indiuisibile vbicūqz ē ibi totū ē. io tota eentia aīalis saluaret in hoīe Alio. ɔsiderat gen9 qztū ad suā ptātem. ⁊ sic genus nō pt saluari in vnica spē. quia ptās generis ē cōicabilitas ei9 q ad min9 ē in duab9 spēbus. eo q ptās generis explicat p duas drās opposita s. sz opposita ɓz actū nunqz pñt esse in eodē. q2 ipossibile ē aliqd aīal esse rōnale ⁊ irrōnale. si etiā ipossibile est ɓm ptātē gen9 saluari i vnica spē

Arguit Sicut se hz spēs ad īdiuidua sic se hz gen9 ad spēm. sz spēs pñt saluari in vnico īdiuiduo ɓm eentiā ⁊ ptātē sil'. g ⁊ gen9 in vna spē Dōz ad maiorē q ñ ē p oīa sil'e. q2 ali9 ē descēsus generis ad spēs. ⁊ ali9 descēsus spēi ad īdiuidua. q2 gen9 descēdit ad spēs p drās formales ⁊ spēs diuidit in īdiuidua p drās materiales. exq āt opposita formal'r nō pñt eē in eodē. sic ptās g' nō pt saluari in vnica spē. Sz ɔtigit q vni9 spēi ē tm vnica materia q faciat totā cōicabilitatē ipsi9 forme. ⁊ sic spēs bñ pt saluari in vnico indiuiduo ɓm ptātē

Arguit Si gen9 saluat ɓm eentiā in vnica spē. g etiā ɓm ptātē. Tz ɔña. q2 ptās g' insepabil'r seqt essentiā Dōm q ptās g' insepabil'r seqt eentiā ɓm radicē. sz ñ ɓm actū exercitū: Un qñ dr gen9 saluat in vnica spē. h dz intelligi original'r vl' ɓm radicē solū ɔsiderādo gen9 ɓm sua pncipia sbalia ⁊ nō ɓm ambitū e9. vl' ɓm actū exercitū Ul' dōm q ptās generis nō seqt ei9 eentiā ɓm se ⁊ absolute. sz sub qdā respectu. scz in ordine ad diu'sas spēs. ⁊ g aliqd pt ɔpetere eentie. qd nō ɔuenit potestati.

Arguit̃ Si tota eẽntia gl̄ saluaret̃ in vnica spē seq̄ret̃ ꝙ nihil eẽntie essꝫ in alia spē. sꝫ h̄ ē falsū. igr̃ ꝛ illud ex q̄ seq̄t̃. Seq̄la ꝓbat̃. q2 totū ē cꝰ nihil ē ex̄. si gº tota eẽn tia gl̄ sit in vnica spē tūc nihil eẽntie gl̄ poterit eē ex̄ illā spēm Dōm ꝙ extra in diffinitōe totiꝰ nō capit̃ positiue. vt cuiꝰ nihil ē extra. i. cuiꝰ nihil est in aliq̄ alio. sꝫ capit̃ negatiue. vt cuiꝰ nihil est extra. i. cuiꝰ nihil ē qđ nō sit intra qđ est verꝝ. q2 nihil eẽntie generis qđ nō sit intra spēm

Arguit̃ Si tota eẽntia saluaret̃ in vnica spē. seq̄ret̃ ꝙ talis nō possꝫ differre ab alia spē Seq̄la ꝓbat̃ q2 ambe ↄuenirēt in vna ꝛ eadē eẽntia. sꝫ q̄ꝝ ē vna eẽntia n̄ dif ferūt Dōꝫ lꝫ illa q̄ꝝ ē vna eẽntia ꝓp̄a n̄ dr̄n̄t. tn̄ bn̄ q̄ꝝ ē vna eẽntia cōis. ꝛ sic ē de duabꝰ spēbꝰ q̄ dr̄n̄t ꝓp̄ijs eẽntijs ↄstitu-tis ꝑ ꝓp̄as drās ↄtrahētes eẽntiā gl̄ ad esse specificū

Querit̃ Utꝝ al' sit genꝰ si essꝫ nisi vna spēs in mūdo .s. hō. R̄n̄det̃ ꝙ sic ꝛ q̄uis al' tūc nō ꝑdicaret̃ de pl'ibꝰ actu. tn̄ aptitudie. Sꝫ posito casu. ꝙ n̄ eēt in mūdo ni si vnꝰ hō nec poterīt eē pl'es hoīes nec aīalia. vtꝝ tūc al' essꝫ gēꝰ ꝛ hō spēs Dr̄ ꝙ n̄ essꝫ genꝰ. sꝫ eēt p̄dicatō idēptica. eo ꝙ oīs hō eēt al'. ꝛ oē al' eēt hō. Sꝫ hō aduc eēt spēs. q2 vt dcm̄ ē spēs p̄t saluari in vno iđiuiduo. lꝫ nō ꝑpetuari si fuerit corruptibile

Ad cognoscēdū hoc mēbꝝ

Hic ↄn̄ter declarat vnā ꝑticulā positā in diffinitōe gl̄. s. spē dr̄n̄tibꝰ. ꝛ đt Ql̄ ad ↄgnoscēdū h̄ mēbꝝ dr̄n̄tibꝰ spē. oꝫ scire q̄t mo dis đr drn̄s. ꝛ vt đr i textu. ad ↄgnoscēdū modos drn̄tꝫ oꝫ sci re q̄t modis đr ideꝫ. Cuiꝰ rō est. q2 idem ꝛ drn̄s opponūt̃ ꝑua tiue. sꝫ ꝑuatio nō ↄgnosc̃t nisi ꝑ suū hitū. Dicit gº ꝙ idem đr tripl'r. s. idem genē. idem specie. idem nūo. Cuꝰ diuisionis rō est q2 oīs ydēptitas sumit̃ ab aliq̄ forma. vl' sumit̃ a forma cōica-bili vl' incōicabili. si sumit̃ ab incōicabili sic est idem nūo Si a forma cōicabili h̄ est dupl'r. vl' sumit̃ a forma cōicabili determina ta ꝛ specifica. sic est idem spē. aut sumit̃ a forma cōicabili indet-minata ꝛ ↄfusa. ꝛ sic est idem genere

Querit̃ Utꝝ idē sit vniuocū ad idē genē idē spē ꝛ idē nūo R̄n̄det̃ ꝙ nō. sꝫ ē analogū ad istos tres

modos ydēptitatꝭ. qꝛ ꝑus dꝛ de ydēptitate nūali. scd̄o de ydēp/ tate specifica. t̄cio de ydēptitate generica. ⁊ h̄ ē veꝝ q̄ ad naturaꝫ qꝛ oē idē sumit̄ ab aliq̄ forma. mō vbi ē forma magꝭ vna ibi est maior ydēptitas. Sꝫ ordinādo istos modos ydēptitatꝭ q̄ ad nos. tūc ꝑus ē idē genē. deīn̄ idē spē. ⁊ vltio idē nūo. qꝛ nob̄ no tiora sūt ꝯfusa magꝭ. ⁊ sic ordināt̄ in textu isti modi

Arguit̄ ꝑles sūt modi ydēptitatꝭ q̄ꝫ tres. gͦ ista diuisio ē isufficiēs. Ans ꝓbat̄. qꝛ aliq̄ dn̄r idē ꝺm ana logū Dōm q̄ duplex est ydēptitas. s. ꝺm rē ⁊ ꝺm rōeꝫ. h̄ ꝟo po nūt̄ modi ydēptitatꝭ ꝺm rem. sꝫ ydēptitas analogica est ydēpti tas ꝺm rōem. qꝛ oīs ꝟa ydēptitas sumit̄ ab aliq̄ forma vna. sed ydēptitas analogie nō sumit̄ ab aliq̄ forma vna ꝺm rem. sicut pꝫ cū dꝛ. q̄ sanitas sit in vrina in aīali. ⁊ in dieta. sanitas eīn̄ ē in vrina tāq̄ꝫ in signo. ⁊ in aīali tāq̄ꝫ in subiecto. ⁊ in dieta siue in medicina tāq̄ꝫ in cā efficiēte. in q̄bus nō est vna forma cōis sanitatꝭ. ⁊ gͦ talꝭ ydēptitas analogie n̄ sumit̄ ab aliq̄ forma vna Scd̄o p̄t dici. q̄ si ille modꝰ esseꝫ modꝰ ydēptitatꝭ. nō tn̄ h̄ debe/ ret poni. qꝛ modus analogie nō ducit nos in ꝯgnitōeꝫ illiꝰ ꝑti cule diffinitōis. specie dn̄tibus

Arguit̄ Porphiriꝰ nō posuit istos modos ydēptitatꝭ. gͦ superflue ponūt̄ h̄. Dōꝫ negādo ꝯn̄aꝫ. qꝛ. P. hys. est instructor iuuenū. ⁊ gͦ ipse declarat illā ꝑticulā. dn̄tibꝰ specie. nō de neccitate. sꝫ tm̄ de bn̄ esse causa maioris notificatōis et declaratōis. q̄re illos modos h̄ ponit. Etiā locus ab autorita te negatiue non valet

Arguit̄ Idem ⁊ dn̄s nō opponūt̄. sꝫ idem ⁊ diuisum gͦ. male declarat illā ꝑticulā dn̄tibꝰ specie per modos ydēptitatꝭ Dōm q̄ dn̄s dꝫ h̄ capi cōiter. ꝓut nō di stinguit̄ ꝯ diuīsū. Un̄ ꝓꝑe loq̄ndo diuīsa sūt q̄ in nullo vniuoco actuali ꝯueniūt Et dꝛ i nullo vniuoco. nā p̄dicam̄ta ꝓꝑe dn̄r eē diuīsa. qꝛ in nullo vniuoco ꝯueniūt. lꝫ bene in eq̄uoco. s. in ente. Et dꝛ in nullo actuali vniuoco. qꝛ due dn̄e opposite ꝯueniūt ī vniuoco potentiali. scꝫ in genere. sed nō in vniuoco actuali. q̄re etiā diuerse dicunt̄. Sꝫ differētia dicunt̄ q̄ in aliq̄ ꝯueniunt. ⁊ in aliquo differūt. vt hō ⁊ asinus ꝓꝑie differūt. qꝛ ꝯueniunt ī animali. ⁊ differūt ꝓꝑijs dn̄tijs. qꝛ homo est rōnalis. ⁊ asi/ nus est irrationalis

k 8

Idē genere sunt quecūqȝ.

Hic pn̄r declarat mēbra dcē diuisiōis. ꝛ p°. ondit q̄ sūt idē genē di. Q̄ idē genē sūt q̄ ptinēt sb eodē genē. sic hō ꝛ asin⁹ sb aiali. ꝛ reqrit ꝙ ptineāt sb eodē genē ꝓxio. q̄re hō ꝛ plāta n̄ dn̄r idē ge nē. qꝛ n̄ ptinēt sb eodē genē ꝓxio. sȝ bn̄ remoto qd ē corp⁹.

Ar Celū ꝛ tra ptinēt sb eodē genē ꝓxio qd ē corp⁹ ꝛ tn̄ nō sūt idē genē. Scd̄a ps assūpti ꝓbat. qꝛ distiguūt sicȝ corru ptibile ꝛ icorruptibile. q̄ pl⁹ dn̄t qȝ genē Dōȝ ꝙ duplex ē ge n⁹. s. phisicū ꝛ logicū. vn̄ celū ꝛ tra dn̄t bn̄ genē phisico. qd ē materia forme sbalis. q̄ ē alia supiorib⁹ ꝛ inferiorib⁹. vt decla rat pmo phisicoꝝ. nō tn̄ dn̄t genē logico qd ē corp⁹ vt sba

Idē spē sūt que sub eadē.

Tūc ondit q̄ sūt eadē spē dicēs. Q̄ idē spē sūt q̄ ptinēt sub ea dem spē. sicut sortes plato sub hoie

Querit Utrꝫ sortes ꝛ brunell⁹ sint idē spē. Rn̄det ꝙ nō. Sȝ dicēs. ptinēt sub eade spē. s. sb aia li. ḡ sūt idē spē. Dōm ꝙ ꝙ sortes ꝛ brunell⁹ bn̄ ptinēt sub eadē spē sbalterna. sȝ nō sb eadē spē spēalissima. text⁹ āt sic itelligi de bet. eadē spē sūt q̄ ptinēt sub eadē spēalissima

Idē nūero dr̄ q̄drupliciṫ.

Hic volēs ondē q̄ sūt eadē nūo. p°. diuidit idē nūo di. Q̄ dr̄ q̄ drupl'r. s. idē noie. idē diffinitōe. idē ꝓꝓo. idē accn̄te Quoꝝ mo doꝝ sufficiētia pt sic sumi. nā q̄cūqȝ sūt idē nūo. aut sūt idē nūo eētiali. vl' accn̄tali. Si pᵐ hꝫ ē dupl'r. vl' sūt idē re ꝛ rōe sil'. aut sūt idē re. ꝛ dn̄t rōe. si pᵐ sic ē idē noie. si 2ᵐ sic ē idē diffinitōe Si accn̄tal'r. hꝫ ē dupl'r. l' sūt eadē actn̄te cōi. aut ꝓꝓo. si pᵐ sic ē idē accn̄te. si 2ᵐ sic ē idē ꝓꝓo. sȝ q̄d sit qd'lȝ sufficiēt ptȝ ex textu

Arguit Marc⁹ ꝛ tulli⁹ sūt diūsa noīa. ḡ n̄ sūt eadē noie Dōm q̄uis sūt diūsa noīa noiantia. tn̄ sūt ea dem noīa noiata. eo ꝙ p illa noīa vna res significat. text⁹ āt itel ligit de noie noiato. ꝛ nō de noie noiante

Ar Illa nō sūt idē nūo q̄ noiant naturā cōez. sed diffinitio et

Arguit̃ Si gen⁹ esset diffinibile aut diffinireẗ ꝑ scd̃a intẽtõe. vl' ꝑ ꝑma. aut ꝑ ꝑma ⁊ scd̃a sil'. sȝ nullũ istoꝝ ẽ dd̃m. g̃ nõ diffiniẗ. Minor ptȝ nõ ꝑ scd̃a intẽtõne. q2 diffinitio nõ attribuiẗ scd̃e intẽtõi. eo q̄ tũc diffinitio cũ diffinito faceret orõem oĩno falsã Etiã nõ ꝑ ꝑma intẽtõe q2 logic⁹ nõ hȝ ↄsiderare ꝑmas intẽtões. sȝ phisic⁹. q̇a ꝑme intẽtões sũt res reales. sȝ logic⁹ hȝ ↄsiderare res rõis Etiã ñ ꝑ ꝑma ⁊ scd̃a sil' q2 tũc ↄplexũ diffinireẗ. sȝ ↄplexoꝝ nõ ẽ diffinitõ Dd̃m q̄ genus capiẗ dupl'r. Uno⁹ material'r. s. ꝑ re substrata scd̃e intẽtõi et tũc gen⁹ ẽ natura cõis cõicabil' pl'ibus spẽb⁹. Alio⁹ capiẗ genus formal'r ꝑ scd̃a intẽtiõe siue ꝑ illo a q̃ nomẽ iponiẗ. Tunc dr̃ ad arugumẽtũ q̄ hic nõ diffiniẗ scd̃a intẽtio. q2 illa intẽtio gen⁹ nõ p̄dicaẗ de pl'ibus eo. q̄ ista est falsa p̄dicatio hõ est gen⁹ Etiã nõ diffiniẗ h̄ ꝑma ⁊ scd̃a intẽtio sil'. q2 ↄpleroꝝ nõ ẽ diffinitio. vt pbat argumẽtũ. Sȝ gen⁹ diffiniẗ h̄ ꝑ ꝑma intẽtõe siue ꝑ re substrata. Et ad impbatõem dd̃m est. q̄ lȝ ꝑme intẽtiones sint res reales. nõ tñ diffiniũẗ in logica real'r. sȝ in ordĩe ad passiones rõnis. ꝑ q̃s circũloq̇mur drã̄s ꝑmaꝝ intẽtionũ ꝑncipal'r in logica ↄsiderataꝝ

Queriẗ Quare gen⁹ hic nõ p̄t diffiniri ꝑ scd̃a intẽtõe Dd̃z q̄ iõ. q2 oĩs bona diffinitõ debet ↄuenire suo diffnito. sȝ p̄ñs diffinitõ generis nõ ↄuenit generi ꝑ scd̃a intẽtõe. igr̃. Minor pbaẗ. q2 ille st̃ false. hõ ẽ gen⁹. asin⁹ ẽ genus Et h̄ ↄfirmaẗ. q2 Porphir⁹ ⁊ autor nr̃ dãt exẽplũ de genere ꝑ ꝑma intẽtõe. vt aĩal. Scd̃o ptȝ idẽ. q2 gen⁹ ꝑ scd̃a intẽrõne ẽ species spẽalissima hu⁹ intẽtõis q̃ ẽ vl'e. sȝ illa nõ p̄dicaẗ de pl'ib⁹. spẽ drñtib⁹ in q̇d. sȝ solũ de pl'ib⁹ nũo drñtib⁹ Sũt ⁊ alie multe rões idẽ pbãtes q̃s relinq̃ studiosis

Arguiẗ In oĩ bona diffinitõe gen⁹ diffiniti debet ꝑ⁹ loco poni. sȝ in ista diffinitõne nõ poniẗ aliq̇d ꝑ⁹ loco generis. g̃ nõ ẽ bona. Minor pbaẗ. q2 qd̃. cũ sit infinitũ ñ ẽ gen⁹ Dd̃m q̄ q̄ȝuis explicite ibi nõ ponaẗ gen⁹ diffiniti. tñ implicite in h̄ q̄ illud relatiũ qd̃ refert vl'e loco generis. Uñ qd̃ p̄t dupl'r exponi. Uno⁹ relatiue. ⁊ sic gen⁹ ĩplicite ⁊ ꝟtual'r icludiẗ vt qd̃. s. vl'e. ⁊ nõ p̄t referre gen⁹. q2 si qd̃ referret gen⁹ tũc idẽ diffinireẗ ꝑ seipm̃. Alio⁹ capiẗ qd̃ infinite. vt qd̃. i. aliqd̃ vl'e. ⁊ sic iteꝝ daẗ intelligi gen⁹. s. vl'e. ⁊ isto⁹ etiã accipiẗ h̄. Sȝ dicẽs. in

k 5

finitū nihil notificat. ḡ nō p̄t h̄ poni qd̄ infinite Dōm q̄zuis īfinitū nihil notificat p se. tñ bñ qñ finitaꝛ p ꝑticl'as seq̄ntes. l' etiā notificat grā aliq̄ꝝ finitoꝝ q̄ sb se ꝯtinet: qꝛ dat ītelligē vl'e sub q̄ ꝯtinenꝛ aīal corp⁹ color. q̄ sīꝫ nob nota

Querit Quare gen⁹ diffiniꝛ p no⁹ īfinitū. Rñdeꝛ ꝙ iō vt signū corrñdeat suo sigto. qꝛ in diffinitōe gl' qd̄ refert vl'e sub q̄ ꝯtineꝛ gen⁹ h̄ diffinitū. ꝛ ē obiectū cōe oib⁹ p̄dicamētis. iō ꝺbuit aliqd̄ poni p qd̄ circūloq̄reꝛ. ꝛ ē h̄ nomē īfinitū qd̄. qꝛ ē īdeterminatū ꝛ trāscēdēs

Arguit Relatm̄ ē añ late rei recordatm̄. sꝫ res añ lata ē gen⁹. ḡ qd̄ refert añs exp̄ssum. s. gen⁹ ꝛ nō sub intellectū Dōm q̄zuis nō añponaꝛ vl'e ꝯm vocē. tñ ꝯm rē Etiā h̄ nō ē relatō ad vocē exp̄sse positā, sꝫ ad rē nōis intellectā

Arguit Gen⁹ p̄dicaꝛ ꝺ vno solo. ḡ nō ꝺ pl'ib⁹ Añs ꝓbaꝛ dūo. hō ē aīal vbi aīal solū p̄dicaꝛ d̄ hoīe Dōm q̄zuis aīal actu p̄dicaꝛ ꝺ vno solo. tñ aptitudine ꝛ in diūꝛ orōib⁹ p̄dicaꝛ ꝺ pl'ib⁹. mō p̄dicaꝛ d̄t h̄ aptitudinē Sꝫ dicēs. gen⁹ actu p̄dicabiꝛ ꝺ pl'ib⁹, ꝓbaꝛ. qꝛ p̄dicaꝛ ī diffinitōe ē v̄bū p̄ntis tp̄is qd̄ d̄t actū Etiā oē v̄bū ꝭt actū sed p̄dicaꝛ ē v̄bū g⁰. ꝭt actū. Dōm ꝙ v̄ba significātia actū in diffinitōnib⁹ dicūt aptitudinē. Ad ꝯfirmatōez dōm negādo oē v̄bū significare actū. qꝛ mł'ta ꝭcāt passionē: sꝫ vī'r oē v̄bū ꝭt p modū flux⁹ ꝛ fieri.

Querit Qare v̄ba in diffinitiōib⁹ posita dicūt aptitudinē ꝛ nō actū. Rñdeꝛ ꝙ iō. qꝛ oīs diffini⁰ daꝛ p intrinseca ipsi diffinito. sꝫ aptitudo ē forma magꝭ ītrinseca ipsi diffinito q̄ꝫ act⁹. Qd̄ ptꝫ qꝛ illd̄ ē magꝭ ītrinsecū alicui. qd̄ nō p̄t sibi abeē q̄ꝫ illd̄ qd̄ p̄t sibi abeē. Sꝫ aptitudo in diffinitōe nullo⁰ p̄t abeē diffinito. sicut act⁹. ḡ aptitudo ē magꝭ ītrīseca diffinitōi q̄ꝫ act⁹. Mior ptꝫ a sīl'i qꝛ dūo hō ridet. ibi act⁹ ridēdi p̄t abeē ꝛ separi ab hoīe. sꝫ nūq̄ꝫ aptitudo. qꝛ hō ē sp risibil'. ꝛ risibile nūq̄ꝫ p̄t ab eo separi. qꝛ q̄zuis hō nō sp ridet. tñ apt⁹ nat⁹ ē ad ridēdū. ꝛ sīl'r in diffinitōib⁹ qñ v̄ba dicūt aptitudinē tūc reddūt diffinitōem ꝯūtibilē cū diffinito. nō āt qñ dicūt actū Est tñ veꝝ. ꝙ p̄dicaꝛ nō dꝫ h̄ capi vt d̄t aptitudinē rēotā q̄ ꝯucit generi seclusō oī ope ītellc̄us. sꝫ capiꝛ vt d̄t aptitudinē. ꝓpinquā q̄ ꝯucit generi ꝑ p̄ma intētōe grā scd̄e intētōis p quā circūloq̄ꝛ ei⁹ d̄rā.

Querit Si v̓ba in diffinitōib⁹ dicāt aptitudinē. q̄re tūc in eis nō ponūt̄ v̓ba aptitudinē significātia. R̄ndet̄ q̄ h̄ fit iō. q2 ōis diffinitō dz dari p nob notiora. s3 act⁹ st̄ nob notiores aptitudib⁹. ḡ diffi.º dat̄ p v̓ba significātia actū. Mior ptz. q2 act⁹ ⁊ opatōes st̄ suppositoꝝ ⁊ singulariū. q̄ st̄ nob notiora vl̄ib⁹. Et ḡ pt assigr̄i alia rō. q̄re v̓ba ī diffinitōib⁹ posita dicūt aptitudinē ⁊ n̄ actū. q2 diffi.º ē ppetuoꝝ ⁊ incorruptibiliū. s3 act⁹ st̄ suppositoꝝ ⁊ corruptibiliū. igr̄ Maior ptz q2 diffi.º ē mediū demr̄atōis. s3 demr̄atō ꝑcedit ex nccāriis. ppetuis ⁊ veris. p̄mo posterioꝝ.

Ar Gen⁹ p̄dicat̄ de pl̄ib⁹ ꝯuenietib⁹ sp̄e. g.º n̄ sp̄e d2ñtib⁹ Añs ꝓbat̄ d̄ō. hō ē al̄. q2 asin⁹ ⁊ hō sp̄e ꝯueniūt. q2 vtrūq3 est sp̄es Dō3 q̄ sp̄es capit̄ dupl̄r Uno.º p itētōe scd̄a. ⁊ sic p̄dicat̄ gen⁹ de pl̄ib⁹ ꝯuenietib⁹ sp̄e. Alio.º capit̄ p re sb̄strata scd̄e itētōi. ⁊ sic gen⁹ p̄dicat̄ de pl̄ib⁹ d2ñtib⁹ sp̄e. s3 h̄ ī diffinitōe sp̄es dz capi p p̄ma intētōe. ⁊ nō p scd̄a.

Ar In diffitōe relatī dz pōi suū correlatm̄. s3 sp̄es p scd̄a itētōe ē correlatm̄ g3 q̄d h̄ diffit̄. g.º ī diffitōe dz capi p scd̄a itētōe. Dō3 q̄ ī diffitōe relatī mat̄ial̄r capti dz et̄ pōī correlatm̄ mat̄ial̄r captū. s3 h̄ diffinit̄ gen⁹ mat̄ial̄r. ⁊ p p̄ma itētōe. g.º ī ei⁹ diffinitōe dz pōni suū correlatm̄ material̄r sumptū.

Ar Gen⁹ p̄dicat̄ de pl̄ib⁹ d2ñtib⁹ nūo. g.º nō sp̄e Añs ꝓbat̄ q2 al̄ p̄dicat̄ de sorte ⁊ plōne Dō3 q̄ h̄ n̄ ē imediate Sz dicēs. al̄ p̄dicat̄ imediate de hoīe ⁊ asino q̄ d2ñt nūo q2 d2ñt sp̄e. g.º et nūo. q2 d2ā specifica p̄supponit d2ā nūalē. Dōm q̄ n̄ d2ñt solo nūo. s3 vltra h̄ etiā d2ñt sp̄e

Ar Quicq̄d p̄dicat̄ de alio d̄t totū eē illi⁹ de q̄ p̄dicat̄. s3 gen⁹ nō d̄t totū eē sp̄eꝝ. g.º n̄ pt p̄dicari de sp̄eb⁹. Maior ꝓbat̄ ex ꝯditōib⁹ illi⁹ q̄d p̄dicat̄. Mior pz. q2 si gen⁹ dicēt totū esse sp̄eꝝ. tūc frustra ponēt̄ d2ā ī diffinitōe ei⁹ Dō3 p.º ad maiorē q̄cq̄d dz p̄dicari de alio. dz dicē totū eē illi⁹. s. sb̄cti s̄m illū modū q̄ p̄dicat̄ de sb̄co. ⁊ h̄ etiā ꝯueit generi. vt p̄dicat̄ de sp̄eb⁹ Ul̄ ad miorē pt dici. q̄zuis gen⁹ nō d̄t totū eē determinatū ⁊ specificū sp̄eī. d̄t tñ totū eē ꝯfusū ⁊ genericū q̄d sufficit

Ar Pars nō p̄dicat̄ de toto. s3 gen⁹ ē ps sp̄eī. q2 cū d2ā ipsā ꝯstituit. ergo nō potest p̄dicari de sp̄e. Dōm. q̄ duplex

est ps. s. integ[ra]lis. et ista nō pt pdicari de toto. vt illa ē mala pdicatio dom[us] ē tectū. dom[us] paries. Alia ē ps diffinitiua. et ista bn̄ pt pdicari de toto. vt hō est aial

Querit Quot odītões req̄rūt ad h̄ q[uod] aliq̄d de pdicet de alio. R̄ndet q[uod] tres. Pria ē q[uod] sit forma. q̄a pdicatū dz iesse subiecto. sz forme ē inesse. Et ḡ materia nō pdicat de eo cui[us] ē materia nisi osideret fm cōem ei[us] rōem. quo mō ponit in diffinitōib[us] phisicis. qr sic induit rōem forme cū ptes diffinitōis debeāt eē formales Scd̄a q[uod] sit forma toti[us]. et ḡ ista ē falsa pdicatio. hō ē aia. qr aia ē forma ptis. Tercia q[uod] sit forma desigāta p modū toti[us]. qr mod[us] pdicādi sumit a mō significādi et eēndi. si ḡ aliq̄d significaret totū et nō p modū toti[us] nō posset pdicari. et sic ista ē falsa hō ē aialitas. qr lz aialitas sit forma toti[us]. tn̄ nō designat p modū toti[us]. sz p modū ptis

Arguit Quicq̄d dz pdicari de alio h̄ erit forma ei[us]. vt dt pma oditio. sz gen[us] ē materia spēi. ḡ nō pōt pdicari de spē. Minor ptz qr sicut ex ere et figura fit statua. sic ex genē et drā fit spēs sz es ē materia statue. g[o] gen[us] ē materia spēi.

Dōm q[uod] nō ē p oīa sil'e. qr lz gen[us] hz modū materie. nō tn̄ est materia sz mod[us] orit ex isto q[uod] gen[us] hz se p modū ofusi et incōtracti. sz ofusio causat a materia

Arguit Gen[us] nō ē forma toti[us]. g[o] nō pt pdicari de spē Añs pbat. qr ē altera ps spēi Dōm q[uod] gen[us] capit dupl'r Uno[o] vt gen[us] absolute puenīēdo. s. suas drās et sic ē forma toti[us]. et hz se sic supi[us] ad spēz. Alio[o] capit gen[us] put ē cōtractū p drās ad spēs. et sic ē ps spēi. vn̄ h̄ capit gen[us] pmo[o]. et n̄ (scd̄o[o]

Arguit Qd soli diffinitōi oueit nō oueit generi. sz pdicari in q̄d soli diffinitōi oueit. g[o] nō pt attribui generi. Mior pz qr diffinitō solū indicat q̄d ē eē rei Dōz q[uod] aliq̄d dr dupl'r idicare q̄d ē eē rei. Uno[o] a pma poña ad vltimū actū. et sic idicare q̄d soli diffinitōi oueit. Alio mō fm ptem. et illo mō indicare q̄d et pdicari in q̄d ouenit generi. Unde tripl'r aliq̄d pdicatur in q̄d isto scd̄o mō. Uno mō fm rē tm̄. Alio mō fm modū tm̄. Tercio mō fm rem et modū simul. Primo mō drña dr pdicari in q̄d. sed fm modū pdicatur in quale. ergo potius drñtia pdicatur in quale q̄z in quid. qr modus pdicandi sumit a mō significandi. et nō a re significata. Scd̄o

diffitũ noĩat nakaz cõez qz nakaz spẽi.gͦ ñ sᷓ idẽ nũero Dõm ꝙ qñ diffiͦ ꝯpaᷓ ad supposita diffiti tũc sᷓ idẽ nũero.sꝫ qñ ꝯpaᷓ ad diffitũ inqztũ ẽ naᷓa ꝯis sic nõ est eadẽ nũero cum ipso.

Arguit Idẽ ꝓpo ꝛ idẽ accñte nõ distinguũᷓ. Probaᷓ qz ꝓpũ ẽ accñs Dõꝫ ꝙ duplr̃ ẽ accñs.s.ꝓpũ ꝛ ꝯmune accidens ꝓpriũ non distinguiᷓ a ꝓprio tñ accidẽs cõ/mune ab ipso distinguitur.et de tali accidente fit hic sermo

Arguit Quecũqꝫ sũt eadẽ nũo dẽnt eẽ eadẽ spẽ ꝛ gñe. sed sortes ꝛ albedo eius nõ sũt eadẽ gñe ꝛ spẽ gͦ nõ sũt eadẽ nũero. Dõm ꝙ aliqua dicunᷓ eẽ eadẽ nũero duplr̃. vnoͦ essentialiᷓ. alioͦ accñtalr̃ mõ q̃cñqꝫ sunt eadẽ nũero eẽntia li sũt eadẽ gñe et spẽ sꝫ accñs et subiectũ eiꝰ solũ sũt eadẽ nũero. actñtali. vñ ydẽptitas numeralr̃ eẽntialr̃ p̄supponit ydẽptitatẽ ge nericã ꝛ specificã.nõ aũt ydẽptitas numeralis accidentalis.

Querit Qũo posset ꝓbari ꝙ actñs sit idẽ nũero cũ suo subiecto. Dõm ꝙ Aresto.ꝓbat hꝫ p̄mo tho/picoꝝ sic quicq̃d ducit nos in cognitionẽ alteriꝰ hꝫ ẽ idẽ nũero. cũ ipso.sed accñs alicꝰ subiecti ẽ hmõi.gͦ ẽ idẽ nũero cũ subiec/to. Minor pꝫ qz qñ ignoramꝰ noĩa ꝓpria alicꝰ tũc noiamꝰ il/lud subeᵐ ꝑ aliq̃ accña vt vir cũ rubeo pilleo cũ lõgo naso ꝛc.

Similiter dr̃ñs dr̃ tripliciẗ

Hic ꝯñtee ex modis ydẽptitatis elicit mõs drñtꝫ dicẽs ꝙ drñs dr̃ triplr̃.scꝫ gñe spẽ ꝛ nũo: Cͦ diuisionis rõ ẽ qz idẽ dr̃ triplr̃. vt ꝓbatũ est gͦ ꝛ drñs. Tenet ꝯña qz tot modis dr̃ vnũ oppo sitoꝝ quot modis et reliquũ vt dr̃ p̄mo topicoꝝ. Qð ĩtelligẽ dũ est quo ad ᵱcata.qz si vnũ plura ᵱcat ꝛ reliquũ.nõ aũt quo ad supposita.qz vniꝰ oppositi pñt eẽ plura inferiora q̃ȝ alteriꝰ. Et dicit p̄mo ꝙ drña genere sũt q̃ ꝯtinenᷓ sub diuersis generibꝰ.vt hõ et arbor qz hõ ꝯtineᷓ sub aĩali.et arbor sub planta.

Ar Hõ ꝛ arbor ꝯtinenᷓ sub eodẽ gñe.gͦ exẽplũ nõ ẽ bñ posi tũ.Añs ꝓbaᷓ qz ꝯtineᷓ sub suba Dõm q̃uis ꝯtinentur sub eodẽ gñe remoto nõ tñ sub eodẽ gñe ꝓpinq̃ de q̃ fit hꝫ p̄mo.

Ar Oĩa generabilia ꝛ corruptibilia ꝯueniũt in gñe ꝓpinq̃. sꝫ hõ et arbor sũt res generabiles ꝛ corruptibiles. gͦ ꝯue niũt in genere ꝓpinquo. Maior patet ꝑ Arestotilẽ in p̄mo ðge

neratōe Dōz q duplex est ge⁹.s.loycū ⁊ physicū.ge⁹loycū ē na
ta ɔis ꝑticipabl's a plib⁹speb⁹sz ge⁹phicū.ē matia pma q̄ ē sb
iec̄ vnicuiqz p⁹ Jā dz q oia gn̄abl'ia ⁊ corruptibilia cōueniūt in
genere physico id est in matia pria sz nō ɔueniunt in gn̄e loyco.

Drn̄a specie sūt quecūqz.

Tūc ōndit que sūt differentia specie dicens q sᵗ ea que cōti/
nenᵗ sub diuersis speciebus sicut sortes et brunellis

Arguitᵗ Hō ⁊ azin⁹ dn̄t specie ⁊ tn̄ nō ɔtinenᵗ sb diūs speciebꝰ Dōz q̄uis hō ⁊ asin⁹ n̄ ɔtineāt sb di
ūs speciebꝰ tn̄ sᵗ met diūse species ⁊ h̄ sufficit qz ppᵗ qd vnūqdqz
tl'e ⁊ illd magꝭ sz sortes ⁊ brunellꝰ dn̄t specie qz continenᵗ sub
diūs speciebus.ergo homo et asin⁹ magis specie differūt Un̄ tex/
tus debet intelligi cū glosa ista vel q ipa met sint diūse species

Drn̄a numero suntque.

Hic ōndit terciū membꝛ dicte diuisionis dicens q differentia
nūero sunt q̄ ɔstituūt diuersūz nūerum vt sortes et Plato

Arguitᵗ Sortes ⁊ Plato faciūt vnū numeꝛ.s.binariū g̅ n̄ fciūt nūeꝛ diūsūz Dōz q nūs capiᵗ du
plr.vno ͙p mltitudie ex vnitatibꝰ aggregata ⁊ sic arͦs ē ꝟm Alio
mō capiᵗ nūs ꝑ pricipio nūeri sczꝑ vnitate ⁊ illo mō sortes et
plo faciūt diūsū nūeꝛ.i.faciūt duas vnitates numēales diūsas

Queritᵗ Un̄ venit distinctō numēalis Rn̄deᵗ q ve
nit originalr a matia et completiue a quātita
te eo q matia sub quātitate est principiūz indiuiduatōis vt sor
tes ⁊ plato differt numero qz h̄nt diuersā matiā scdam

Illud autē dicitᵗ predicari

Hic ɔsequēt egrediᵗ ad ꝓpositūz decl rādo vltimuz membruz
dicte diffinitōis genꝭ qd ē pdicari in q̄d Et h̄ ꝓbat a signo di/
cens illd pdicaᵗ in q̄d q̄ qd ɔuenienᵗ rspōdeᵗ ad introgatōez fcāz
ꝑ quid sed ge⁹ conuenienter rspōdeᵗ ad introgatōez fcām ꝑ quid
ergo ipsum genus pdicaᵗ in quid Maior patet quia cum que/

Arguitᵗ ritur quid est homo cōuenienᵗ rspōdeᵗ ē al
Ge⁹ ⁊ spes h̄nt eundē mōm pdicādi.ergo non.

sunt p̄dicabilia distincta. Añs ꝓbat̃ q2 p̄dicant̃ in q̄d. D̄o̅m ꝙ hnc ē d̄rn̄ter q2 gen⁹ p̄tur in q̄d formabile. ⁊ spēs p̄t i q̄d forat̄u

Ar Illud nō p̄tur in q̄d qd̄ nō ꝯueniēter r̄ndet̃ ad interrogatiōnē factā p q̄d s3 gen⁹ nō ꝯueniēter r̄ndet̃ ad interrogationem factā p quid. ergo genus nō p̄dicatur in quid Mior p3 quia cū querit̃ quid est hō male r̄ndetur ꝙ est gen⁹. Dō3 ꝙ genus capitur dupl'r. vno° ꝓ significato vel ꝓ secūda intentōe q̄ s̄catur hoc nomie genus. et sic n̄ p̄dicat̃ in quid neq3 vt sic h̄ diffinitur. Alio mō capitur ꝓ denominato vel ꝓ re substrata. et sic p̄dicatur in quid vt cum queritur quid est homo r̄ndetur ꝙ est animal et isto mō hic diffinitur

Querit Qūo p̄t ꝓbari rōne ꝙ gen⁹ p̄dicat̃ in quid. R̄ndet̃ ꝙ sic. nā illud qd̄ h3 modū sube ⁊ q̄dditatis p̄dicatur in quid. sed genus est hmōi. ergo p̄dicat̃ in q̄d. Minor ꝓbatur quia dicitur sexto thopicoꝝ genus maxie substantiam diffiniti significat. Sed diceres omnis forma p̄dicatur in quale. sed genus est forma. ergo predicatur in quale. Maior ꝓbatur quia omne qualificans p̄dicat̃ in quale s3 ois forma est qualificans igitur ⁊c̄. Dicendū ꝙ triplex est forma. s. qualificans id est forma cōtrahens vt differētia qualificata. vt spēs. qualificabilis vt genus. vnde omnis forma qualificās p̄dicatur in quale nō tamen alie due. Uel dicendū ꝙ omnis forma designata p modū forme et qualitatis p̄dicatur in quale. sed forma accepta p modū substantie et q̄dditatis nō predicatur in quale quo modo genus est forma.

Hic poit diffinicōꝫ t̄ciā accn̄tꝭ. Et ē accn̄s est qḋ ꝯtigit eidē inesse ꝛ n̄ iesse. ꝛ dꝫ ꝯtigit repꝑti ad nō iesse. Rō istiꝰ diffinicōis est q2 illḋ qḋ est in sbiecto ꝑ cām cōtingenteꝫ ꝯtigit eideꝫ inesse et nō inesse. sꝫ accn̄s est h̄mōi. g̊ ꝯtigit eideꝫ inesse ꝛ n̄ iesse. vn̄ in hac eī diffinicōe explicatꝰ cā ꝑ quā accn̄s est i sbiecto ꝑ hꝫ ꝙ dr̄ cōtingit. i. ꝯtingentꝰ aduēit. Et lꝫ inesse ꝛ n̄ iesse p̄nt sumi octo modis ſm ꝙ octo sꝫ mōi eēndi in. n̄ hꝫ capiūtꝰ solū ꝓ iesse sic forma accn̄talꝰ inest suo subiecto. ꝛ tlꝭ cōtinetꝰ sub q̄rto mō essendi in.

Arguit Ista diffiº cōueit alti a diffinito. ꝓbatꝰ. q2 cōuenit om̄i locato qḋ cōtigit eideꝫ loco iesse ꝛ n̄ inesse. Dōꝫ lꝫ ꝯtigat locatū eideꝫ loco iesse ꝛ n̄ inesse penes octauū mōm. nō tn̄ eideꝫ subiecto inhesiōis penes scḋm mēbꝝ q̄rti mōi.

Arguit Ista diffiº n̄ cōueit oi cōtēto sub diffinito. igr̄. Añs ꝓbatꝰ. q2 n̄ ꝯueit q̄ꝫto respectu celi. q2 n̄ cōtigit celū n̄ eē q̄ꝫtū. Dōm lꝫ q̄ꝫtū n̄ possꝫ ineē ꝛ abesse celo poña naturali ꝓpter incorruptibilitateꝫ celi. tn̄ bn̄ poña supnaturali.

Arguit Coloratū nō p̄t abeē corpi mixto qḋ ē corruptibile. igr̄. Dōm lꝫ coloratū nō possꝫ abeē corpi mixto ſm naturā genericā. tn̄ p̄t sibi inesse ꝛ nō inesse successiue ſm aliqḋ inferiº puta ſm albedinē qḋ sufficit ad rōeꝫ accn̄tꝭ.

Notandū Qꝫ ꝯpando istā diffinicōeꝫ vltimā ad imediate p̄cedentē. tūc ista vltīa est me-

lioꝛ q̄ȝ ſcd̄a. Et rō ē. qꝛ illa diffi° ē melioꝛ q̇ ē faciliorꝛ. ſȝ t̄cia diffinitio ē faciliorꝛ q̄ȝ ſcd̄a. g̊ ꝛc̄. Minoꝛ ptȝ. qꝛ ad cognoſcēdū ſecundā diffinicōȝ accn̄tꝭ oȝ ſcire naturā generꝭ ſpēi dr̄ne ꝛ ꝓprij Scd̄a rō ē. qꝛ illa diffi° ē melioꝛ q̄ ē poſitiua ſᵐ rē ꝛ vocē ſil'. ſȝ diffinito t̄cia ē data de accn̄te ſm rē ꝛ vocē ſil'. ꝛ ſcd̄a eſt poſitiua ſm rem tm̄. igitur.

Accidētiū aliud ſeparabi-

Hic ꝯn̄t poīt duas diuiſiōes accn̄tꝭ. ꝑma accn̄tiū aliō ē ſepabile vt albū ꝛ ſedē ī hoīe. aliō ē īſepabl'e vt nigrū ī coꝛuo. C° diuiſiōis rō ſiue ſufficiētia ē tal'. qꝛ oē accn̄s ē in ſubiecto ꝑ aliquaȝ cāȝ vl' ergo hȝ cām in ſubiecto fixā ꝛ ꝑmanentē ꝛ ſic ē accn̄s inſepabile. l' hȝ cām trāſeuntē ꝛ cito mobilē. ꝛ ſic ē accn̄s ſepabl'e

Ar Illō dr̄ ſepabl'e qō qn̄ȝ ſepat̄. ſȝ nullū accn̄s ſepat̄ a ſubiecto. g°. nullū ē accn̄s ſepabl'e. Mioꝛ ꝓbat̄ qꝛ illō qō ſp ē aptū natū ī ſbiecto eē h̄ n̄ ē natū ſepari a ſbiecto. ſȝ accn̄s ē ſp natū eē ī ſbiecto. vt dr̄ ī t̄cia diffinicōe poꝛph. Dōm q᷑ mioꝛ eſt diſtinguēda qꝛ l' h̄ adūbiū ſp diſtribuit abſolute ꝓ omni dr̄na tpis ꝛ ſic mioꝛ ē falſa. aut diſtribuit ꝓ illa dr̄a tpis q̄ȝdiu accn̄s ē. ꝛ ſic mioꝛ eſt v̄a. Et g°. ſenſus ē q᷑ accn̄s ſp ē in ſubiecto q̄ȝdiu accn̄s eſt ꝛ nō q᷑ neceſſario ſit ſp in ſubiecto pro om̄i dr̄na tpis

Ar Illō qō adeſt ꝛ abeſt p̄ter ſbiecti coꝛruptōeȝ nō ē inſepabile. ſȝ om̄e accn̄s ē hmōi. ergo nullū ē accn̄s inſepabile. Dōm ad minorē q᷑ inſepabl'e capr̄ dupl'r. Uno°. negatiue put vȝ tm̄ inſepabile. i. nullo mō ſepabile. ꝛ ſic maioꝛ ē v̄a. Alio°. capit̄ ꝑuatiue ꝓ illo qō ē difficult̄ ſepabile. ꝛ ſic maioꝛ eſt falſa ſic ꝛ ꝯcluſo. Pro q̇ notādū q᷑ dr̄nter ꝓpriū ꝛ accn̄s ſtꝭ inſepabilia. nā ꝓpriū dr̄ inſepabl'e negatiue q̄ſi nullo mō ſepabile. ſed accn̄s dr̄ inſepabile ꝑuatiue q̄ſi difficulter ſepabile.

Arguit Mēbꝛa iſti⁹ diuiſiōis coincidūt g°. nō ē bona. Ans̄ ptȝ. qꝛ idē ē accn̄s ſepabl'e ꝛ īſepabl'e. vt albū ē ſepabl'e ꝛ inſepabl'e. Dōȝ q᷑ vᵐ ꝛ idē accn̄s bn̄ ē ſepabl'e ꝛ inſepabl'e reſpectu diūſoꝝ. ſȝ n̄ reſpectu eiuſdē ſbiecti. qꝛ albedo ē accn̄s ſepabl'e reſpectu parietꝭ. ꝛ ē accn̄s īſepabl'e reſpectu cigni

Querit Utrū ille ꝓpōes ſint v̄e. coꝛu⁹ p̄t itelligi alb⁹ cign⁹ niger. ethiops nitēs cādoꝛe. Rn̄t̄ q᷑ ſic. Et qn̄ ar̄ ille itellect⁹ ē fal̄ſ⁹ q̇ itelligit eē al'r q̄ȝ ē. ſȝ q̇ itelligit coꝛ/

vñ albū cignū nigrū ethiopē nitētē cādore. ille itelligit rē al'r q̄z ē. g̃ ē intellect' fals' Dōz ꝙ maior ē ꝟa ī scđa opacōe itellect'. ꝛ g̃ si itelligā' coruū eē albū. cignū eē nigrū ī scđa opacōe itellect' il le. itellect' ē fals'. sȝ ī pma opacōe ille intellect' nō ē falsus. q̇ itel ligit rē al'r q̄z ē. Rō dic̄a sitat; ē. qꝛ ꝟitas ꝛ falsitas solū st̄; ī ꝯpōe ꝛ diuisiōe. sȝ ī pma opacōe intellect' nō ē ꝯpositio vl' diuisio. er go nec ꝟitas vl' falsitas nisi qn̄z p accn̄s. Vn̄ si itellect' eēt fal sus ī pma opacōe itellect' qn̄ itelligit rē al'r q̄z ē. tc̄ oīs tl'is eēt fal sus. qꝛ nos ītelligi' rē materialē īmaterialez. qꝛ lapis n̄ ē ī aīa sȝ spēs lapidis. iu͡x de aīa. Vl' dōm ꝙ coru' pt capi dupl'r. Vno° q̄ ad pncipia subalia q̄ st̄; mat'ia ꝛ forma ꝛ sic ꝟe pt itelligi alb' et; in scđa opacōe itellect'. Alio° cap' q̄ ad pncipia ꝯplexiona lia q̄ st̄; calidū ꝛ siccū. ꝛ sic pt intelligi alb' ꝑm intellcm̄ simplicē

Ar Accn̄s sepabl'e n̄ pt ꝟe diuidi ꝛ separi a suo sbiecto. g̃ nō pt sibi abeē ꝟe ꝑm itellcm̄ diuidētē. Añs ꝓbat'. qꝛ illa est f'la ꝯsiderādo coruū ꝑm pncipia subalia. tm̄ coru' ē alb'. Dōm lȝ accn̄s insepabl'e n̄ possȝ ꝟe negari a suo sbiecto p simplicē co pulā ī ꝓpōe de ieſſe. vt illa ē falsa. coru' n̄ ē niger tn̄ pt ꝟe negari ī ꝓpōe modali de possibili. vt ista ē ꝟa. coru' pt nō esse niger.

Accidētiū aliud cōe aliud.

Hic ponit aliā diuisionē dicēs. Accn̄tiū aliud cōe alīd ꝓpriū. Rō h' diuisiōis ē. qꝛ om̄e accn̄s adest ꝛ abest. vl' g̃ hȝ sbiectū de termiatū. vl' nō. si pmū. sic ē accn̄s ꝓpriū. si 2m; sic ē accn̄s cōe.

Arguit Accn̄s cōe h' diuidit'. g̃ n̄ erit mēbrū diuidens Dōz ꝙ accn̄s dr̄ dupl'r cōe. vno° p cālitatē tm̄ qꝛ a pl'ib' cauꝭ pt euenīē. Alio° dr̄ cōe p p̄dicacōꝫ ꝛ cālitatē sil'. pmo mō poit' mēbꝝ diuidēs. sȝ scđo° est diuisū in illa diuisiōe.

Arguit Propriū ē p̄dicabl'e distinctū ꝯ accn̄s. g̃ non pt esse mēbꝝ diuidens accn̄s. Dōm ꝙ ꝓpriū capit' dupl'r. Vno° ꝓ illo qđ fluit ex pncipijs spēi. ꝛ sic ꝓpriuꝫ distinguit' p̄dicabl'r ab accnte. Alio° dr̄ ꝓp̄ū qđ fluit ex pncipi is īdiuidui determiati. ꝛ sic ꝓp̄ū ꝛ accn̄s n̄ distiguūt' p̄dicabl'r. qꝛ albedo sortꝭ ꝯueit tm̄ vni īdiuiduo. s. sorti. ꝛ g̃ dr̄ accn̄s ꝓpriū.

Omniūe ē oīb' predi.

Postq̄z Pe. hys. determiauit de vnoquoq3 p̄dicabili ꝑm

se ꝛ absolute. h̄ ɔ̄nter determinat de ipis respectiue ꝛ ɔpatiue s̄m cō uenientiā ꝛ dr̄am. Et ɔpat p̄dicabilia p̄mo penes ɔuenientiam scd̄o penes dr̄am. q꞉ ɔuenientia h̄z se sicut habit⁹. ꝛ dr̄a se h̄z sic p̄uatio. s꞉ habit⁹ ē an̄ p̄uationē. Dicit g° p̄mo ꝙ cōe est oib⁹ p̄dicabilib⁹ de pl'ib⁹ p̄dicari. Et illa ɔuenientia seu cōitas facil'r probari poss꞉ p inductōez. iō ei⁹ ꝓbatio hic relinq̄tur.

Arguit Propriū ē p̄dicabilib⁹ p̄dicari de pl'ib⁹. g°. eis nō ē cōe. Ans ꝓbat. q꞉ p h̄ distinguūt ab indiuiduis. Dō꞉ ꝙ p̄dicabilia ɔpant dupl'r. Uno° ad idiuidua ꝛ sic ē eis ꝓpꝛiū de pl'ib⁹ p̄dicari. Alio° ɔpant int̄ se. ꝛ sic ē eis cōe

Arguit Propꝛiū ē vnū p̄dicabl'e / q꞉ oib⁹ ɔuenit. ꝛ tn̄ n̄ p̄dicat de pl'ib⁹. Scd̄a ps assūpti ꝓbat q꞉ p̄dicat tm̄ de vna spē. Dōm ꝙ ꝓpꝛiū fluit ex p̄ncipijs spēi. et g̃ imediate p̄dicat de vna spē. s꞉ tn̄ mediate p̄dicat de pl'ib⁹. q꞉ de indiuiduis s̄b spē ɔtētis. neq꞉ req̄rit ꝙ om̄e p̄dicabile imediate de pl'ib⁹ p̄dicet. Ul' dōm ꝙ ꝓpꝛiū etiā imediate de pl'ib⁹ p̄dicat q꞉ p̄dicat de spē. s̄m ꝙ spēs ē ɔtracta ad indiuidua.

Differūt aūt quoniā gen⁹.

Hic ɔpat vl'ia adinuicē penes dr̄a꞉. ꝛ p̄mo cōpat gen⁹ ad om̄ia alia ponēdo dr̄a꞉ ip̄ius ab alijs. Dicens. ꝙ gen⁹ differt ab alijs q꞉ gen⁹ p̄dicat plus de pl'ibus q̄꞉ alia.

Arguit Per idē nō ɔueit aliq̄d cū alijs ꝛ dr̄t ab eis. s꞉ gen⁹ cōueit cū alijs p̄dicabilib⁹ p h̄ ꝙ p̄dicat de pl'ib⁹ vt dt text⁹ p̄cedēs. g̃ nō differt ab alijs p h̄ qd̄ p̄dicat d pl'ib⁹. Dōm ꝙ aliq̄d dr̄ p̄dicari de pl'ib⁹ dupl'r. Uno° simpl'r ꝛ absolute vt v꞉. i. de mlt̄is ꝛ i h̄ oia cōueniūt. Alio° cōpatiue. i. magis de mlt̄is. ꝛ sic ge⁹ differt ab alijs in hoc qd̄ de plibus p̄dicat.

Arguit Spēs pl'⁹ p̄dicat de pl'ib⁹ q̄꞉ gen⁹. ꝓbat. q꞉ h̄z pl'a iferiora q̄꞉ ge⁹ cū pl'es sīt spēs q̄꞉ genēa. dō꞉ ꝙ spēs capit dupl'r. vno° ꝓ illa scd̄a itētōe. alio° ꝓ re s̄bstrata Jā dr̄ ꝙ spēs ꝓ illa scd̄a itēcōe spēs ē cōioꝛ q̄꞉ ge⁹. n̄ tn̄ ꝓ re s̄bstrata

Ar Pro re s̄bstrata ge⁹ n̄ p̄dicat de pl'ib⁹ q̄꞉ alia. illi itēcōi ꝓbat. q꞉ dr̄a p̄dicat de tot de q̄t gen⁹. q꞉ sensibl'e p̄dicat d tot sic al'. Dōm ꝙ dr̄a q̄ ē diuisiua sp p̄dicat de paucioꝛib⁹ q̄꞉ gen⁹. ꝛ g̃ pt dici ꝙ dupl'x ē dr̄a. s. ɔstitutiua ꝛ diuisiua. s꞉ ge⁹ p̄dica

tur de plꝰibꝰ q̄ȝ dr̄ne diuisiue. Et nō dȝ intelligi de dr̄na cōstitu/
tiua sicut est sensibile. qꝛ quādo genꝰ cōpat̄ ad dr̄am constituti/
uā. tunc non est genꝰ sȝ spēs.

Arguit Accn̄s p̄dicat̄ plꝰ de plꝰibꝰ q̄ȝ genꝰ. ꝓbat̄. qꝛ al/
bū est accn̄s ⁊ de q̇buscūqȝ pt p̄dicari al'. de eisdē
p̄t etꝭ p̄dicari albū. vt dicendo. hō est al'. hō est albꝰ. vacca est al'
vacca est alba. ⁊ vltra hoc etꝭ p̄dicat̄ de aliȷs dicendo. lapis ē al
bus lignū est albū. Sil'r q̄le p̄dicat̄ de oibꝰ subiȷs ⁊ de oibꝰ q̄lita
tibꝰ sȝ nō ē dabile aliqđ genꝰ qđ possȝ de tot inq̄ȝtū genꝰ p̄dicari.
Dđm q̄ȝuis accn̄s p̄dicat̄ de plꝰibꝰ nūo q̄ȝ genꝰ. tn̄ in rōe p̄dicabi
lis genꝰ p̄dicat̄ de plꝰibꝰ q̄ȝ accn̄s. qꝛ genꝰ p̄dicat̄ de spēbꝰ ⁊ indi/
uiduis. sȝ accn̄s ſm se p̄dicat̄ de indiuiduis tm̄ ⁊ nō de spēbꝰ ni
si ꝓut stꝭ i suis indiuiduis. vt hō ē albꝰ. ibi hō in cōi nō ē albꝰ sȝ
in ptic'lari. Et in h̄ dr̄nt accn̄s. cōe. ⁊ ꝓpriū. qꝛ accn̄s ꝓpriū p̄ꝰ
iest spēi. ⁊ ex ꝯn̄ti idiuiduis. sȝ eꝯ accn̄s cōe p̄us iest indiuiduis
et ex ꝯn̄ti spēbꝰ. Ad 2ᵐ dđm ꝙ lȝ q̄le p̄dicet̄ de oibꝰ ill' sub rōe
accn̄tꝭ. tn̄ h̄ ad rōeȝ accn̄tꝭ nō reqrit̄. sȝ sufficit ꝙ p̄dicet̄ de plꝰibꝰ
indiuiduis. sȝ ad rōeȝ generꝭ reqrit̄ ꝙ p̄dicet̄ de plꝰibꝰ spēbꝰ ⁊ eaꝝ
indiuiduis. ⁊ ꝓ tanto plus p̄dicat̄ de plꝰibus.

Differētia aūt differt a ge.

Hic ꝯpat dr̄am ad alia p̄dicabilia penes dr̄am. ⁊ p̄mo ꝯpat ip/
sam ad genꝰ. scđo ad spēm ⁊ ꝓpriū sil'. ⁊ t̄cio ad accn̄s. Dicens.
ꝙ dr̄a dr̄t a genē qꝛ p̄dicat̄ in q̄le. sȝ genꝰ predicat̄ in q̇d. sȝ dr̄t a
spē ⁊ ꝓp̄o. qꝛ dr̄a p̄dicat̄ de plꝰibꝰ spēbꝰ illa v̄o non. Et 3ᵒ. dr̄t ab
accn̄te. qꝛ accn̄s suscipit magis ⁊ minus. non autem differentia

Arguit Genꝰ p̄dicat̄ in q̇d ḡ ⁊ dr̄a. ꝯn̄a tȝ. qꝛ ideȝ signi
ficāt sȝ terminꝰ ideȝ p̄dicat qđ s̄cat. Dđȝ q̄ȝuis
dr̄a ⁊ genꝰ idē sunt ſm rem. dr̄nt tn̄ ſm modū significādi a q̄ su
mit̄ diu̇sitas in modis p̄dicādi penes q̄s p̄dicabilia distiguūt̄.

Arguit Rōnale ē dr̄a ⁊ tn̄ nō p̄dicat̄ de plꝰibꝰ spēbꝰ. qꝛ
solū de hoīe p̄dicat̄. Dđȝ ꝙ textꝰ itellig̃r de dr̄a
genēica ⁊ n̄ specifica. qꝛ dr̄a specifica p̄dicat̄ đ vna spē cū q̄ ꝯūtit̄

Argut̄ Rōnale ⁊ aiatū stꝭ dr̄e ⁊ tn̄ suscipiūt magꝭ ⁊ mi
nꝰ. qꝛ vnꝰ hō ē magꝭ rōnal' q̄ȝ alt̄. Et sil'r brutū ē
aiantiꝰ plāta vt đr Gilbtꝰ Por. Dđm ꝙ rōnale dr̄a ſm suā es/
sentiā nō suscipit magꝭ ⁊ minꝰ. lȝ bn̄ per ꝯpacōȝ ad sbm̄ qđ est

magis vl' minꝰ dispositū ⁊ q̄ntū ad opacōeʒ quo modo intelli/
git Silbtus dictū suū.

Differt aūt spēs a genere.

Hic ponit drām spēi ab aliꝭ q̄ttuor. ⁊ pmo a genē dicēs ꝙ spe/
cies ꝯtinet a genē. ſʒ genꝰ cōtinet spēs. ⁊ sic drn̄t penes ꝯtinēs ⁊
ꝯtētū. Scđo a drā qꝛ due spēs nō ꝯiūgūt ad ꝯstitutōʒ tcie spe
ciei sic̄ due drē. qꝛ rōnale mortale ꝯstituūt hoieʒ. Et circa h̄ re/
mouet duᵐ. qꝛ possʒ aliq̄s dicē ꝙ eq̄ ⁊ asinꝰ ꝯcurrt ad ꝯstitutōeʒ
mule. g̃ due spēs ꝯcurrt ad ꝯstitutōʒ tcie spēi. Rn̄dʒ i lrā ꝙ pti
cularʒ eq̄ ⁊ pticl'arʒ asinꝰ ꝯmiscēt ad muli genēacōʒ. ſʒ n̄ eq̄ ⁊ asi/
nꝰ vt spēs stʒ. Tercō poit drāʒ spēi a ppō ⁊ stʒ due. pma qꝛ spēs
nat̄a ē poꝛ ppō. ppū ꝓo posteiꝰ. scđa qꝛ spēs ⁊ ppū hn̄t diuſas
diffinitōes. g̃ drn̄t. ꝯn̄a tʒ. qꝛ q̄ꝝ ti. i. diffinitōes stʒ drn̄tes ipa
stʒ drā. q̄rto ꝯpat spēʒ ad accn̄s qꝛ spēs pdicat i q̄d ⁊ accn̄s i q̄/
le. vl' q̄ mō se hʒ etʒ spēs nat̄a poꝛ ē accn̄te qꝛ accns posteiꝰ ē suo

Ar Geꝰ ꝯtiet i suis spēbꝰ. g̃ textꝰ ē falsꝰ. pbat. qꝛ geꝰ /sbcō.
poit i diffinicōe spēi ⁊ ē supiꝰ ad spēʒ. ſʒ supiꝰ actu ꝯtiet ab
īfēiori. Dōʒ ꝙ illa drā dʒ sic itelligi geꝰ ꝯtiet spēs ptātie. ſʒ spēs
n̄ ꝯtiet ipm geꝰ ptātie ſʒ actu ⁊ itellectu. sic roᵐ eēn̄ale ꝯtinet suā

Ar Ex pl'ibꝰ entibꝰ in actu exn̄tibꝰ nō p̄t fieri vnū ter/ /ptē.
ciuʒ. ſʒ due drē stʒ duo entia in actu. gᵒ. ex eis non p̄t fieri
vna spēs. Dōm ad maiorē ꝙ ex duobꝰ entibꝰ i actu exn̄tibꝰ put
in actu stʒ nō p̄t fieri vnū tciū. ſʒ bn̄ p̄t fiei vnū tciū ex eis inq̄
tn̄ vnū hʒ se in potentia ⁊ aliud in actu. ſʒ sic ē de duabꝰ drntys

Arguit̄ Ex duabꝰ spēbus p̄t fieri vna tcia spēs. gᵒ textꝰ
est falsus. pbat. qꝛ eq̄ ⁊ asinus stʒ distincte spe/
cies ⁊ tamen ex ill' fit vna tcia spēs scʒ mulus. Dōm ꝙ illā ob/
iectionē autoꝛ soluit in lrā. qꝛ q̄ʒuis ex pticl'ari eq̄ ⁊ ex particulari
asino fit mulus. tamen ex equa ⁊ asino in cōi nō fit mulꝰ ⁊ si duo
indiuidua cōcurrūt ad constitutionē tercij indiuidui eo ꝙ pticu
laris equa ⁊ pticularis asinus stʒ indiuidua. ſʒ equa ⁊ asinus in
cōi sunt species ⁊ non constituūt terciā speciem.

Arguit̄ Eqꝰ ⁊ asinꝰ in pticulari pmiscent ad genēacōeʒ
muli. gᵒ. etʒ in vl'i. Tʒ ꝯn̄a p locuʒ ab inferiori
ad supiꝰ. Dōm ꝙ lʒ eq̄ ⁊ asinꝰ in ꝯi secūdario pmiscēt ad genēa/

tionē muli ꝛ per accidens nō tamen primo ꝛ per se.

Querit Quare ex cōiūctōe muli cū mula ñ generat mu l° sic ex ꝯiūctōe eq̄ cū asino. Rn̄t ꝙ ió. q2 mula nō pt ꝯcipe fetū cū sit frigidissime natūe. ſ3 caliditas ē cā genēa/ cōis. ꝛ g°. Aresl. in 2° poꝝ dt ꝙ cōtingit scīe in vlī ꝙ ois mula ē steril' ꝛ tn̄ pt de pticl'ari mula dubitari si videat hīe mag^{m} vētrē

Querit Quare species natural'r ꝑor ē ꝓꝑo. Respōdet ꝙ ió. q2 ois cā est ꝑoꝛ suo effectu. ſ3 species est cā ꝓpꝛij. g° est prioꝛ ꝓꝑo. Alia rō. q2 sbcm̄ natūal'r est āte passionem. ſ3 species h3 se sic sbcm̄ ꝛ ꝓpꝛiū sicut passio igr.

Ar Spēs ꝛ ꝓpꝛiū cōuersim de seinuicē ꝑdicat. g°. vnū nō est ꝑus alto. Dō3 q̄uis spēs nō sit ꝑoꝛ ꝓꝑo ꝑ^{m} tp̄s. tn̄ ē ꝑoꝛ ꝓꝑo ꝑm naturā. sic etiā dt text⁹ ꝙ spēs natūal'r prioꝛ ē ꝓꝑo sic cā natal'r ē āte effcm̄. S3 dicēs act⁹ stꝫ singl'ariū p°. metaphice. ſ3 spēs nō ē singl'are. ḡ nō pt cāre ꝓpꝛiū. Dō3 ꝙ act⁹ stꝫ singl'ariū. vl' circa singl'aria. ꝛ sic spēs ñ cāt ꝓpꝛiū nisi iq̄tū ē i singl'arib⁹

Arguit Illō ꝑdicat i q̄le qd̄ ꝯueniēt rn̄t ad intrrogacōꝫ factā ꝑ q̄le. ſ3 accn̄s nō ꝯueniēt rn̄t ad intrroga/ tōeꝫ factā ꝑ q̄le. ḡ ꝛc. Mioꝛ pt3 q2 cū q̄rit qualis ē soꝛtes male rn̄t iacꝫ studꝫ doꝛmit ꝛc. Dō3 ꝙ accn̄s ꝑdicat i q̄le vl' i q̄uo se h3 vt dt Pe. hys. i textu. q2 q̄n q̄rit q̄uo se h3 soꝛtes. rn̄t studꝫ legit ꝛc. Et h̄ pt dici ꝙ dupl'x ē accn̄s. s. noiale ꝛ ꝟbale. de accidēte noiali dꝫ intrrogari ꝑ q̄le. ꝛ de accidēte ꝟbali ꝑ q̄uo se h3.

Propꝛiuꝫ aūt dr̄t ab acci.

H̄ poīt dr̄ñaꝫ ꝓꝑi ab accn̄te. ſ3 dr̄a ei⁹ ab alijs hēt ꝑ dr̄am alioꝝ ꝑdicabiliū ab ipo. Et poīt h̄ duas dr̄as it̄ ꝓpꝛiū ꝛ accn̄s. ꝑma q2 ꝓpꝛiū de vna sola spē ꝑdicat. ſ3 accn̄s ꝑdicat de plib⁹. Scd̄a q2 ꝓpꝛiū ꝑ ꝑus inest spēbus ꝛ ex ꝯn̄ti indiuiduis. ſ3 ecōtra accidens pri⁹ inest indiuiduis ꝛ ex cōseq̄nti generib⁹ ꝛ speciebus

Querit q̄re ꝓpꝛiū iest vni spēi ꝛ accn̄s plib⁹. rn̄t ꝙ ió. q2 ꝓꝑū fluit ex ꝑncipijꝝ spēi adeq̄te. ꝛ g°. vni soli spēi cōueit. ſ3 accn̄s fluit ex ꝑncipijs idiuidui iadeq̄te q2 v^{m} accn̄s i spē iest idiuiduis diu'saꝝ spēꝝ. q̄re etiā ex ꝯn̄ti plib⁹ spēb⁹

Ar ꝑus dcm̄ ē ꝙ ꝓpꝛiū imediate ꝑdicat de plib⁹. s. de ꝑus iest spēcū iclusiōe ididuiduoꝝ. ḡ male dr̄ h̄ ꝙ ꝓꝑū cōueit ꝑus spēi ꝛ posteri⁹ iduiduis. Dōm ꝙ ꝑm naturā ꝓpꝛiū ꝑ⁹ cōueit

spēi ⁊ ꝑ pōsteri⁹ idiuidulis tn̄ ꝭm tps eq̄ p⁹ ꝯueīt spei ⁊ idiuiduis

Gen⁹ spēs dr̄ña proprium.

Hic ꝯñter Pe. hys. cōpat q̄ttuor ꝓma p̄dicabilia ad accn̄s po/
nens dr̄az generꝫ speciei drñe ⁊ ꝓprij ab accn̄te. Et tangit duas
dr̄as. ꝓma qꝛ alia p̄dicabilia eq̄l'r ꝑticipāt ab oib⁹ de q̄b⁹ p̄dicāt
⁊ nō suscipiūt magis ⁊ min⁹. sꝫ accn̄s suscipit magꝫ ⁊ min⁹. er/
differūt om̄ia alia p̄dicabilia ab accn̄te.

Ar Risibl'e ē ꝓpꝛiū vt ē p̄dicabl'e ab alijs distictū. ⁊ tn̄ susci/
pit magꝫ ⁊ mi⁹. ḡ n̄ solū accn̄s Scđa ꝑs añtꝫ probat. qꝛ
vn⁹ hō ē magꝫ icliat⁹ ad risū q̄ꝫ alt'. Dōm qꝫ risibl'e capit dupl'r.
Uno°. vt dt natuālē poñaz ꝓpinq̄ꝫ ad ridēdū q̄ seq̄t ꝯplexiōꝫ et
dispositiōꝫ corpis. ⁊ sic vn⁹ hō ē magꝫ risibil' alt'o. sꝫ tc risibl'e est
accn̄s cōe. Alio°. capr̄ vt dt aptitudinē natuālē remotā ad riden
dū q̄ seq̄t rōez specificā hois. ⁊ sic vn⁹ hō ē magꝫ risibil' altero. ⁊
hoc mō est ꝓpꝛiū.

Ar Coloꝛ ē ge⁹ ⁊ tn̄ suscipit magꝫ ⁊ min⁹. ḡ male dr̄ qꝫ gen⁹ n̄
suscipit magꝫ ⁊ min⁹. Dōm qꝫ coloꝛ inq̄ꝫtū gen⁹ est n̄ su/
scipit magꝫ ⁊ min⁹. sꝫ inq̄ntū est accn̄s. s. i oꝛdie ad sbcm̄ cui ihēt

Arguit Nulla foꝛma suscipit magꝫ ⁊ min⁹. sꝫ accn̄s ē
foꝛma. ḡ n̄ suscipit magꝫ ⁊ min⁹. Mioꝛ ꝓbat.
qꝛ foꝛma est in simplici ⁊ inuariabili essentia ꝯsistēs vt dt Gil
bert⁹ Poꝛ. Dōm qꝫ accn̄s i abstracto ⁊ ꝭm eēntiā ei⁹ nō suscipit
magꝫ ⁊ min⁹. tn̄ bn̄ in ꝯcreto ⁊ ꝭm esse qđ habet in subiecto.

Genus spēs propꝛiū dr̄ña.

Hic ꝯñter ponit scđaꝫ dr̄am oīm p̄dicabiliū ab accn̄te. ⁊ ē ista.
Gen⁹ spēs dr̄a ⁊ ꝓpꝛiū p̄dicāt vniuoce. accn̄s ꝟo denomiatiue.

Arguit Propꝛiū nō p̄dicat vniuoce. ḡ text⁹ est falsus.
Añs ꝓbat. qꝛ p̄dicat denoiatiue. eo qꝫ oē accn̄s
p̄dicat denoiatie cū diffi°. denoiatiuoꝝ cuilibꝫ accn̄ti ꝯueniat ⁊
etꝫ ꝓpo. qꝛ a risibilitate dicimur risibl'es. Dōm qꝫ vniuoce p̄di/
cari capr̄ tpl'r. Uno°. ꝯīt. ⁊ tc illđ dr̄ p̄dicari vniuoce qđ p̄dicat
ꝭm vnā ꝭcatōꝫ de ml'tꝫ. ⁊ sic vniuoce p̄dicari n̄ distiguit ꝯ deno
miatiuā p̄dicacōꝫ. sꝫ solū ꝯ eq̄uocū ⁊ sic oīa p̄bilia vniuoce p̄di
cāt. 2°. dr̄ p̄dicari vniuoce spēal'r. qđ. s. vnū no⁹ ⁊ vnā rōez de/
sc̄ptiuā necessario ⁊ oꝛdiāte p̄dicat. ⁊ sic ꝓpꝛiū p̄dicat vniuoce ⁊

alia p̄dicabilia ſꝫ nō accn̄s Tercio°. dꝛ p̄dicari vniuoce ꝓpꝛijſſi me vt ē p̄dicari ꝫᵐ vnū noʸ ꝛ eādē rōꝫ eēnalē. ꝛ ſic ſolū tria p̄di/ cab'lia vniuoce p̄nt. ꝛ i iſta ſcd̄a dr̄ā dꝫ capi vniuoce p̄dicari ꝛ°.

Arguit Oē p̄dicabile dꝫ p̄dicari vniuoce. ſꝫ accn̄s nō p̄t vniuoce. g̊ accn̄s nō ē p̄dicabile. Dō. ꝙ oē p̄dicabile dꝫ p̄ri vniuoce. ſic ꝙ nō p̄ dicet̄ eq̇uoce. ſꝫ bn̄ p̄t p̄ri nō vniuoce. qꝛ p̄t denoīatiue. ꝛ ſic ħ capit̄ vniuoce p̄ri. ꝓut diſtin/ guit̄ ꝯ denoīatiue p̄ri q̄ mō accn̄s nō p̄t vniuoce. Et qn̄ dꝛ illa ē vniuoca p̄dicatō. albedo ē coloꝛ. i. nō denoīatiua. Dōm ꝙ accn̄s p̄t vniuoce reſpcū ſui iferioꝛis. ſꝫ p̄t denoīatiue reſpcū ſbci

Arguit Uniuoce p̄ri ē p̄ri vno noīe ꝛ vna rōe. ſꝫ dr̄ā n̄ p̄t vna rōe. qꝛ nō ħꝫ rōꝫ. g̊ nō p̄t vniuoce. Dō. ꝗuis dr̄ā nō ħꝫ rōꝫ. i. diffiōeꝫ eēnalē. ē tn̄ ꝑs rōnis. i. diffiōis. q̇dditatiue ꝛ eēntialis. ꝛ ħ ſufficit.

Uniuoce āt predicari eſt.

Hic occaſiōe p̄dcōꝝ diſtinguit triplicē p̄dicatōꝫ. ſ. vniuocā eq̇/ uocā ꝛ denoīatiuā. Quoꝝ mēbꝛoꝝ declaratō ſufficient̄ habet̄ in lr̄a ꝛ etiā in tractatu; imediate ſeq̄nte. ꝛ ſic in iſto in q̄ finit ſcd̄m incipit ꝫᵐ. vt finis ꝛ ꝓnᵐ illoꝝ tractatuū ſint ꝯtminalia. Et tē ꝯcludit ex diffiōe vniuocoꝝ ꝙ ens nō ē gen⁹. qꝛ nō p̄t vniuoce. i. ꝫᵐ vnā rōꝫ de ſub̄a et accn̄te. qꝛ qn̄ p̄t de ſub̄a tūc ens ꝑ ſe p̄t. ſꝫ qn̄ p̄t de accn̄te tē ens in alio p̄t. ꝛ ſic ē alia rō ent̄ inq̄ztū de ſb̄a p̄t. ꝛ inq̄ztū p̄t de accn̄te. lꝫ ſit idē noʸ. nō tn̄ p̄t ens pure eq̇uoce Pro q̄ notādū. ꝙ tripl'r aliq̇d p̄t. Uno°. ꝫᵐ idē noʸ ꝛ eādē rōeꝫ simpl'r. ꝛ ſic ē p̄dicatō vniuoca Alio° ꝫm rōes oīno diu̇ſas. ꝛ ſic ē p̄dicatō eq̇uoca Terio° ꝫᵐ rōes ꝑtiꝫ eaſdē ꝛ ꝑtiꝫ diu̇ſas. ꝛ ſic ē p̄dicatō analogica. q̄ mō ens de ſub̄a ꝛ accn̄te p̄dicat̄

Arguit Si text⁹ eēt ver⁹ ſeq̄ret̄ ꝙ al' eq̇uoce p̄dicaret̄ de hōie ꝛ aſino Seq̄la ꝓbat̄. qꝛ rō aīal' ꝫᵐ ꝙ dꝛ de hōie ē al' rōnale. ꝛ ꝫᵐ ꝙ dꝛ de aſino ē al' irrōnale. Dō. ꝙ lꝫ ſit alia rō aīāl' ſpēal' ꝫᵐ ꝙ dꝛ de hōie ꝛ aſino. ē tn̄ vna rō general'. qꝛ ꝯcept⁹ aīāl' q̄ dꝛ de hōie ꝛ eq̄ abſtrahit a rōnalitate ꝛ irrōnalitate. ſic āt nō ē de ꝯceptu ent̄. lꝫ Scot⁹ min⁹ ꝓbabil'r ꝯtriū ſentiat

Et hec de ſcd̄o tractatu ſufficiāt

C

Irca ĩiciũ tercij tractat⁹ q̇ est de

decē p̄dicamētis extract⁹ ex libro p̄dica mētoꝝ Aresto. Querit̄ p̄º q̄re iste tra ctat⁹ terci⁹ seq̄tur scd̄m. Rn̄det̄ q̄ ið. qꝛ in scd̄o determinat̄ de rōnib⁹ aut dif finitōib⁹ ipoꝝ vl'iuꝫ seu p̄dicabilium Et in hoc tercio determinat̄ de ordine ipsoꝝ vl'iuꝫ in p̄dicamē/ tis. sed p̄mo oꝫ scire rōes p̄dicabiliū anteq̄ꝫ possum⁹ ea ordina re. qꝛ ille ordinare nescit q̇ ratōes ordinabiliū ignorat. Et iste tractat⁹ tercius p̄cedit quartū. qꝛ in tercio determinat̄ de ptibus remotis ipsius argumētatōis; ꝛ in quarto de tota argumētatōe. sed ps est ante totum

Arguit̄ Iste tractat⁹ terci⁹ deberet p̄cedē p̄mū. ḡ iste or/ do ē mal⁹. Añs pbat̄. qꝛ in p̄mo determinat̄ de p pōe. ꝛ in isto de ptib⁹ ppōis. sꝫ simpliciora sꝫ p̄ora. Dd̄m q̄ duplex ē ordo. s. nature siue doctrine. ꝛ q̄ ad nos siue discipline ordine nature simpliciora sꝫ p̄ora. ꝛ illo mō etiā terci⁹ deberet p̄ cedē p̄mū. sꝫ ordine discipline faciliora sꝫ p̄ora. ꝛ sic terci⁹ tra/ ctat⁹ seq̄t̄ p̄mū. vñ. P. h. buat h̄ ordinē discipline. qꝛ ē instru/ ctor iuuenū. sꝫ Aresto. attēdēs ordinē nature p̄mo posuit librū p̄dicamētoꝝ. scd̄o pihermeniaꝝ. tercio nouā logicā. Et h̄ ið. q̇a tres sꝫ opatōes itellcūs. p̄ma opatō ē simpliciū apph̄ēsio ꝛ illa corr̄nt huic pti logice q̄ tradit̄ in p̄dicamētis. qꝛ p illā intellcūs in p̄ma opatiōe dirigit̄. Scd̄a opatō ē ɔpō ꝛ diuisio. ꝛ illi opa tōi corr̄nt liber piher. q̇ dirigit itellectū in scd̄a ei⁹ opatōe. Ter/ cia opatō ē discursus rōis siue argumētatō. ꝛ illi corr̄nt tota no ua logica q̄ itellectū in illa opatōe tercia dirigit Et b'm illas tres opatōes intellcūs Aresto. ordinat libros suos logicales.

Querit̄ Utrꝫ de p̄dicamētis sit scia. Rn̄det̄ q̄ sic qꝛ de ill' ē scia a q̄ ɔueniūt in aliq̄ cōi s'bco cui demr̄at̄ iesse ppa passio p verꝫ ꝛ adeq̄tū p̄ncipiū. sꝫ decē p̄dicamēta sꝫ h⁹ modi. ḡ de ip̄is ē scia Mior pbat̄ qꝛ ɔueniūt in illo cōi s'bco qd̄ ē ens dicibile icōplexū ordiabile in genē b'm sub ꝛ sup̄ vt sb'stat voci talē ordinē sig̃ficāti. Etiā h̄nt passionē q̄ ē ordiabile i ge/ nē. Sꝫ p̄ncipia sꝫ añp̄dicamēta. qꝛ ex ill' trahūt̄ q̄ttuor ɔditōs

reqͥsite ad h̾ q̄ aliq̄d sit in p̄nto q̄ ꝯditōnes d̄nt sumi loco p̄nci
pioꝝ. q̄ꝝ p̄ma ē q̄ sit ens icōplexū. scd̄a q̄ sit ens ex̄ aīaȝ. tercia q̄
sit ens limitate nature. q̄rta q̄ sit vl'e vl' p̄ticulare. ⁊ ille ꝯditōs
sumūt lo° p̄ncipioꝝ Et fit dem̄ratō tal' O ē ens icōplexū ex̄ aīaȝ
limitate nature vl'e vl' p̄ticulare ē ordiabile in genē. sȝ ens di-
cibile icōplexū ordiabile in genē s̄m sub et sup̄ vt sb̄stat voci ta
lē ordinē significāti ē ens icōplexū ex̄ aīam limitate nature vl'e
vel p̄ticulare. ergo ens dicibile icōplexū ordinabile in genē ⁊c̄
est ordininabile in genere.

Arguit In oi bona dem̄ratōe d̄nt cē tres t̄mini. sȝ h̾ sṫ
pl'es t̄mini q̄ȝ tres. g° dem̄ratō nō ē bona. Dōȝ
q̄ q̄ȝuis ibi sṫ pl'es t̄mini s̄m vocē q̄ȝ tres. sṫ tn̄ tres tm̄ s̄m rē.
q̄ sb̄cm̄ ponit̄ p̄ vno t̄mio. ⁊ p̄ncipia p̄ alio. passio vō p̄ tercio. ⁊
q̄ ibi sṫ pl'es voces h̾ ē ex penuria vocabuloꝝ. q̄ illis t̄minis i
cōplexis nō habem⁹ noia imposita

Arguit De p̄mis p̄ncipijs nō ē scia sȝ itellcūs vt d̄r p̄
mo posterioꝝ. sȝ p̄dicamēta sṫ p̄ma p̄ncipia. g°
de eis nō ē scia. Dō. q̄ duplicia sṫ p̄ma p̄ncipia. s. ꝯplexa vt
sṫ p̄misse dem̄ratōis. vn̄ p̄moꝝ p̄ncipioꝝ ꝯplexoꝝ ē itellcūs. sic̄
sṫ. oē totū ē mai⁹ sua p̄te. ⁊ si ab eq̄lib⁹ ⁊c. sȝ icōplexoꝝ bn̄ ē scia
Et qn̄ d̄r. scia habet̄ p̄ p̄ncipia q̄ p̄ p̄missas. sȝ p̄nta sṫ p̄ma p̄n
cipia ⁊ nihil h̄nt an̄ se. g° de eis nō p̄t h̄ri scia. Dōȝ. q̄ p̄nta acci
piūt̄ dupl'r. Uno° s̄m eē eoꝝ reale vt sṫ formalia p̄ncipia reꝝ p̄°
diuīsa ⁊ sic de p̄ntis nō ē scia Alio° ꝯsiderāt̄ p̄nta p̄ reductōȝ ad
aliqd̄ cōe analogū: ⁊ h̾ dupl'r Uno° p̄ reductōȝ ad ens cu⁹ sṫ p̄
tes. ⁊ sic ꝯsiderāt̄ a metaphico. Alio° ꝯsiderāt̄ s̄m eoꝝ eē itētio
nale. s. vt substāt ill' itētōib⁹ gn̄alissimū spēalissimū ⁊ sbaltnū ⁊
s̄m q̄ h̄nt reductōeȝ ad aliqd̄ cōe qd̄ ē ens dicibile icōplexū or
diabile in genē s̄m sb̄ ⁊ sup̄ cu⁹ sṫ p̄tes sb̄iectiue. ⁊ sic de p̄ntis ē
scia. q̄ sic h̄nt an̄ se istud sb̄cm̄ ⁊ p̄p̄ā passionē sb̄ci. Ul' dō. q̄ de
aliq̄ possum⁹ h̄re sciam dupl'r Uno°. a p̄ori ordie cāe. qn̄. s. h̄et̄ p̄
p̄ncipia formalia. ⁊ sic de p̄ntis nō ē scia q̄ ipsa nil' h̄nt an̄ se in
genē cāe forl'. sȝ sṫ met p̄ma p̄ncipia formalia. Alio°. a p̄ori or-
die noticie. ⁊ sic de p̄ntis ē scia: q̄ h̄nt an̄ se an̄p̄dicamēta q̄ nos
ducūt in ꝯgnitōem p̄dicamētoꝝ

Arguit Soli⁹ ꝯcl'ois ē scia. q̄ scia ē h̄it⁹ ꝯcl'ois p̄ de-
m̄ratōȝ acq̄sit⁹. sȝ p̄dicamēta nō sṫ ꝯclusio. igr̄.

Dōm q̄ soli⁹ ɔcl'onis ē scia tāq̃ scibil' ppinq̄.tn̄ alioꝝ a ɔcl'ōe p̄t esse scia tāq̃ scibiliū remotoꝝ.⁊ h̄ mō d̄ sb̄co cōcl'ois aut p̄di cato p̄t esse scia.⁊ sil'r de ptib⁹ sb̄iectiuis illoꝝ.⁊ h̄ vlrio ē scia de p̄dicamētis.q̄ꝛ ipsa st̄ tāq̃ ptes subiectiue sb̄cti h⁹ scie qd̄ ē cō clusionis subiectū

Querit̄ Utꝝ de p̄dicamētis sit rōnal' scia Rn̄det̄ q̄ sic q̄ꝛ logica a toto genē est sciā rōnal'. ḡ etiā sciā isti⁹ tractat⁹.eo q̄ est ps logice. Añs ptz.q̄ꝛ logica dirigit rōez in suis opatōib⁹ ne erret vt ex dictis ptz.

Arguit̄ De entib⁹ realib⁹ nō ē sciā rōnal'. sz p̄dicamēta st̄ entia realia.gº de ipı̄ nō ē sciā rōnal' Minor pbat̄ q̄ꝛ st̄ pma pncipia reꝝ.gº etiā st̄ realia. Dōz ad maiorē q̄ entia realia pn̄t capi dupl'r. Uno° real'r.i.in ordine ad passio nes reales, sicut st̄ mot⁹ locus ⁊ tp̄us. ⁊ sic de ipı̄ nō ē sciā rō/ nal'. Alio° logical'r put referūt̄ ad dici ⁊ ad p̄dicari ⁊ in ordine ad passiōes rōis ⁊ sic d̄ ipı̄ ē sciā rōnal'.q̄ꝛ dici ⁊ p̄dicari st̄ ētia

Arguit̄ In libro p̄ntoꝝ ɔsiderāt̄ p̄dicamēta re (rōis al'r.q̄ꝛ h̄ ɔsiderat̄ real'r in aliq̄ sciā cui d̄mrant̄ inec̄ passiōes reales in tali sciā.sz p̄dicamētis attribuūt̄ passio/ nes reales in isto tractatu.gº ɔsiderāt̄ real'r.Dōm q̄ ille passio/ nes nō dn̄t expoi in logica real'r sz logical'r Ul' p̄t dici q̄ ille pas siōes ɔsiderāt̄ min⁹ pncipal'r in logica.ƀm q̄ p illas deuenim⁹ i ɔgnitōz passionū logicaliū.vt infra patebit

Querit̄ Quid sit sb̄cm̄ h⁹ tractat⁹. Ad h̄ dicūt aliq̄ q̄ sit p̄dicamētū.aliȷ vo dicūt q̄ sit vl'e ordina bile i genē.sz veri⁹ dōm ē q̄ sit ens dicibile incōplexū ordinabi le in genē ƀm sb̄ ⁊ sup̄.⁊ solet addi put sb̄stat voci talē ordinē sig nificāti Et d̄r ens ad drāz nō ētis.q̄ꝛ nō ens n̄ ponit̄ i p̄nto.vt chimera.⁊ rō illi⁹ ē.q̄ꝛ vnūq̄dq̄ ponit̄ in p̄nto ƀm suā essentiā quā iportat.sz nō entia nō h̄nt eēntiā.ḡ nō ponūt̄ in aliq̄ p̄nto Et d̄r dicibile ad drāz idiuiduoꝝ q̄ pp̄e in p̄nto nō ponūt̄. q̄a nō dn̄r.i.p̄nt̄.sz sb̄ijciūt̄. Et d̄r incōplexū ad drām ɔplexoꝝ.eo q̄ ɔplexa nō ponūt̄ in p̄nto.cui⁹ rō ē.q̄ꝛ ɔplexa nō iportāt vnā eēntiā.sz pl'es. Dem̄ addit̄ ordinabile in genē ppt̄ trāscēdētia. q̄ nō st̄ ordinabilia in genē.q̄ꝛ ordinari in genē ē poni i genē de t'minato.sz trāscēdētia in nullo genē determinato ponūt̄ Et d̄r ƀz sb̄ ⁊ sup̄ ad drāz drāꝝ q̄ n̄ ponūt̄ ƀm sb̄ ⁊ sup̄ i rcā linea p̄dicam

tali sʒ a latere. Et solet addi ꝑm ꝙ substat voci talē ordinē signi
ficāti. ad ꝺen otādū ꝙ p̄dicamēta nō ꝯsiderāẜ h̄ vt sñ̄ʒentia realia
sʒ inq̄ʒtū stāt sub voce significāte ipās res. ꝛ ḡ res adex̄ nō po/
nūẜ in p̄dicamēto. sʒ res ꝯcepte sub voce. Et rō illi⁹ ē. q꞉ ipse res
adex̄ sīt singulares ꝛ singularia nō ponūẜ p̄mo ꝛ ꝑ se in p̄dicamē
to. ḡ nulla res adex̄ poniẜ in p̄dicamēto Etiā vna res adextra nō
poniẜ sub alia re. aut sup̄

Arguiẜ Nullū ꝯplexū ꝺʒ eē sb̄cm̄ alicu⁹ scie. sʒ ens di/
cibile incōplexū. ꝛc̄. ē q̇d ꝯplexū. ḡ. Ꝺōm ad
maiorē. ꝙ nullū ꝯplexū veꝝ ꝛ ꝑm ꝑcatōʒ ꝺʒ eē sb̄cm̄ alicu⁹ scie.
sʒ sb̄cm̄ isti⁹ scie ē q̇d ꝯplexū solū ꝑm vocē. Et ꝙ nullū ꝯplexū
veꝝ p̄t eē sb̄cm̄ pʒ. q꞉ scia capit vnitatē a sb̄co. cū ḡ sb̄cm̄ nō eēt
aliqꝺ vnū. talis scia nō haberet vnitatē ab ipso

Arguiẜ Subiectū illud ē q̇d ꝯplexū ꝑm vocē ꝛ ꝑcatōʒ
sil̄. g°. ē ꝯplexū veꝝ An̄s ꝓbaẜ. q꞉ ꝯplectiẜ ex ꝓ
pria passione. sʒ ꝓp̄a passio real̄r distinguiẜ a sb̄cto. Ꝺōm ꝙ
ordinabile in gene capiẜ dupl̄r. Uno°. ꝓ formali rōe ꝯsiderādi
et sic poniẜ ꝓ pte subiecti. Alio° capiẜ vt ē passio ꝓp̄a entis di
cibilis incōplexi. ꝛ sic poniẜ in ꝯclusiōe ꝺēm̄ratōis a pte p̄dicati
et q꞉ formal̄r rō cōsiderādi nō addit aliq̇d real̄r sup̄ sb̄cm̄. iō nō
facit realē cōplexionē cū ipso. vn̄ sicut se hʒ ꝺꝛā ad gen⁹ qꝺ diui
dit ita se hʒ formal̄r rō cōsiderādi ad suū sb̄cm̄. sʒ ꝺꝛā n̄ facit rea
lē cōplexionē cū ipso genere. g° formal̄r rō considerādi nō facit
realē complexionē cū subiecto

Ar Uoces sīt sig̃ reꝝ. si g° sb̄cm̄ isti⁹ scie ē q̇d cōplexū ꝑm vo
cē. erit etiā cōplexū ꝑm ꝑcatōʒ Ꝺōʒ ꝙ voces sīt sig̃ reꝝ
n̄ adex̄ imediate. sʒ reꝝ cōceptaꝝ. sʒ aliqn̄ cōtingit vnā rē cōcep
tā n̄ hr̄e vnū no⁽ⁱ⁾ ꝓpt penuriā vōbl'oꝝ. ꝛ sic plib⁹ vocib⁹ eā circū

Ar Predicamētū ē vnū simplex no⁽ⁱ⁾ ꝛ p̄t eē sb̄cm̄ (loq̇mur.
h⁹ scie. g°. frustra accipiūẜ tot noīa ad circūloq̄ndū sb̄ctm̄.
qꝺ hʒ ꝓpriū no⁽ⁱ⁾ sibi ipositū. An̄s ꝓbaẜ ꝑ cōditōes sb̄cti attbu
tōis q̄ huic cōueniūt. nā p̄dicamētū iẜ magꝭ p̄ncipal̄r cōsiderata
in hac scia ē q̇d cōissimū. ꝛc̄. Ꝺōm ꝙ p̄dicamētū capiẜ tripl̄r.
Uno°. ꝓ tota aggregatōe geneꝝ ꝛ spēꝝ ꝑᵐ sb̄ ꝛ sup̄ Scꝺo°. capiẜ
ꝓ genē ḡnalissimo alicu⁹ coordiatōis. ꝛ istꝭ duob⁹ mōis n̄ p̄t eē
sb̄ctm̄. tū p̄°. q꞉ passio. s. ordiabile i genē n̄ cōueīt sibi adeq̄te. tū
scꝺo. q꞉ tūc eēnt ꝺcē sb̄cta illi⁹ scie. ꝑm ꝙ ꝺcē sīt p̄dicamēta ꝛ

sil'r dece coordinatões pdicamtoꝝ. tũ tercio. qꝛ sic ẽ q̃d ꝯplexũ. nõ solũ voce l' ꝫ re. Tercio capit pdicamẽtũ ꝓ scda intẽtõe fun dabili sup qd libet repõibile in pdicamto. ⁊ sic ẽ q̃d vnũ ⁊ incõ plexũ. ſꝫ nõ pt poni ꝓ sbco. cũ sbcm debeat eẽ in scia pncipal'r cõ sideratũ. qd in logica ꝯuenit pmis intẽtõib⁹ ⁊ nõ scdis q̃ sꝫ so lũ q̃dam passiones priaꝝ intẽtionũ.

Arguit Jsta scia vocat sciaꝝ pdicamtoꝝ. g° pdicamtũ erit h̄ sbctm. Tꝫ ꝯñtia. qꝛ scia cõit denomiat a suo sbco. Dꝫ q alıq̃n scia denoiat a discipulo. aliq̃n a cã effi ciẽte. aliq̃n a ptib⁹ subiectis. sicut ista scia dr pdicamtoꝝ. qꝛ p dicamẽta sꝫ ptes subiectiue. ⁊ nõ sp denoiat a suo subiecto

D cognoscẽdũ predi.

Jste ẽ tracat⁹ terci⁹ Pe. h. in q̃ postq̃ꝫ in scdo deter miauit d vl'i absolute. h̄ ꝯñr determiatd ipo ꝯpatie vt ẽ ordinabile in genẽ ſm sub ⁊ sup. Et diuidit pria sui diuisiõe in tres ptes pricipales. ſm q de trib⁹ pricipal'r determinat. pria ps ẽ de antepdicamẽtis. scda de decẽ ꝓis pdicam tis. ⁊ tercia de postpdicamẽtis Et ad introducẽdũ illã pte q̃ est de antepdicamẽtis dt. q ad ꝯgnoscẽdũ pdicamẽta sũt q̃dã necã ria pmittẽda. i. ꝯgnitõ antipdicamẽtoꝝ. sine q̃ꝝ ꝯgnitõe veroꝝ pdicamẽtoꝝ ꝯgnitio nõ pt haberi

Querit Quid sit antepdicamẽtũ Rñdet q ẽ qd dã p ambulũ traditũ ab aresto. imediate añ ꝓa pdi camẽta valẽs ad ꝯgnitõꝫ eorũdẽ a pori. Et dr notãt traditũ ab aresto. ppt pdicabilia q̃ nõ sꝫ tradita ab aresto. ſꝫ a por. Sꝫ dicẽs. etiã pdicabilia tradũt ab Aresto. in libro topicoꝝ. Dꝫ q ibi nõ sꝫ tradita in rõe pdicabiliũ. ſꝫ pdicatoꝝ. Etiã si pdica bilia in rõe pdicabiliũ eẽnt tradita ab aresto. tũc deberẽt excludi p h̄ qd dr imediate. qꝛ pdicabilia nõ valẽt imediate ad ꝯgnitõ nẽ pdicamtoꝝ ſꝫ mediate Et dr a pori. ppt postpdicamẽta q̃ va lẽt ad ꝯgnitõꝫ pdicamẽtoꝝ a posteriori. qd dꝫ itelligi ex pte ꝯg noscẽtis. ⁊ nõ ex pte rei cognite. qꝛ sic pdicamẽta nihil hñt añ se et ꝓpt h̄ aliq̃ dimittũt illã clausulã a pori

Arguit Antepdicamtũ nihil ẽ. g° male dr q ẽ qd dã p ãbulũ traditũ ab aresto. Probat qꝛ pdicamtũ ẽ p'm pn'm. ſꝫ p'm pn'm ẽ añ qd nihil ẽ Dꝫ q añpdicamẽtũ acci

pit̃ dupl'r. Uno° vt ẽ vna dcõ. ꝛ sic añp̄dicamẽtũ aliq̇d ẽ Alio°
vt sꝫ due dcões. ꝛ sic añ p̄dicamẽtũ nihil ẽ formal'r ꝛ vniuoce.

Arguit̃ Añp̄dicamẽta valẽt īmediate ꝛ formal'r ad ꝯg
nitõꝫ p̄dicam̃torꝝ. ğ p̄dicam̃ta aliq̇d hñt añ se
formal'r. Añs ꝓbat̃. qꝛ sꝫ formalia p̄ncipia ad demr̃andũ passi
onẽ de suo sbͦco. Dõꝫ ꝙ duplex ẽ cã format̃. s. exẽplarꝫ ꝛ itrīsece ī
formãs. vñ p̄dicamẽta hñt añ se aliq̃s cãs formales exẽplaẽs
sꝫ nõ itrinsece iformãtes. qꝛ sic sũt p̄ma p̄ncipia formalia

Querit̃ Quot sꝫ añp̄dicamẽta. Rñt̃ ꝙ sꝫ tria i genẽ
ꝛ septẽ i spẽ. tria i genẽ. s. diffi°. diuisio ꝛ regula. ꝛ
septẽ i spẽ. s. tres diffiões. due diuiões ꝛ due regule. Uñ sufficiẽ-
tia antep̄ntorꝝ i genẽ pt sic sumi. nã oẽ antep̄ntũ vꝫ ad ꝯgnitõꝫ
p̄ntorꝝ. vl' ğ vꝫ ad cognoscẽdũ ꝯueniẽtiã p̄ntorꝝ vl' drãm vl' or
dinẽ. si p̄mũ sic ẽ diffi°. si 2^m^ sic ẽ diuisio. si 3^m^ sic ẽ regula. Et qꝛ trs
sꝫ ꝯueniẽtie due drẽ ꝛ duplex ordo. ğ tres sũt diffiões due diui
ones ꝛ due regule. Sꝫ sufficiẽtia antep̄ntorꝝ i spẽ pt sic accipi.
qꝛ vlteri⁹ sbsumit̃. si vꝫ ad ꝯgnoscẽdũ ꝯueniẽtiã h̄ ẽ tripl'r. l' vꝫ
ad ꝯgnoscẽdũ ꝯueniẽtiã p̄ntorꝝ quã hñt i aliq̃ eq̇uoco. s. i ente.
et sic ẽ diffi° eq̇uocorꝝ. aut vꝫ ad ꝯgnoscẽdũ reductõꝫ oĩm q̄ sũt
vni⁹ p̄dicamẽti ad gen⁹ gñalissimũ illi⁹ coordiatõis. ꝛ sic ẽ diffi
nitõ vniuocorꝝ. vl' vꝫ ad ꝯgnoscẽdũ ꝯueniẽtiã accñtiũ quã hñt
cũ p̄ma sba. ꝛ sic ẽ diffi° denõiatiorꝝ Si vꝫ ad ꝯgnoscẽdũ drãꝫ
h̄ ẽ dupl'r: vl' vꝫ ad ꝯgnoscẽdũ drãꝫ eorꝝ q̄ nõ sũt in p̄nto ab ill'
q̄ sũt i p̄nto. ꝛ sic ẽ p̄ma diuisio. vl' vꝫ ad cognoscẽdũ drãꝫ eorꝝ q̄
sũt in p̄nto. ꝛ sic ẽ scd̃a diuisio. Si vꝫ ad cognoscẽdũ ordinẽ p̄di
camẽtorꝝ h̄ ẽ dupl'r. vl' vꝫ ad cognoscẽdũ ordinẽ illorꝝ q̄ ponũt̃
in vno p̄nto b̃m sub ꝛ sup̄. ꝛ sic ẽ p̄ma regl'a. l' vꝫ ad cognoscẽdũ
ordinẽ illorꝝ q̄ sũt i diu'sis p̄ntis. ꝛ sic ẽ scd̃a regula

Ar Tria sũt antep̄nta i genẽ ꝛ septẽ i spẽ. ğ sꝫ decẽ. qꝛ tria ꝛ sep
tẽ sũt decẽ. Dõ. ꝙ ꝯña ẽ negãda. ꝛ rõ ẽ. qꝛ gen⁹ nõ pōit di
stictũ nũm ꝯ spẽm. qꝛ illa tria i genẽ icludũt septẽ i spẽ. vñ tria ꝛ
septeꝫ diu'sa iter se faciũt deceꝫ. nõ tñ q̄ sũt sibĳnuicẽ cadeꝫ.

Ar Ad cognitõꝫ p̄ntorꝝ nõ oꝫ aliq̃ p̄scire. ğ ꝓhemiũ isti⁹ tra
ctat⁹ est falsũ Añs ꝓbat̃ qꝛ ad cognoscendũ illa q̄ sꝫ nota
q̄ ad nos ꝛ q̄ ad naturã nõ oꝫ aliq̃ p̄scire. sꝫ p̄nta sꝫ hmõi. ğ. ꝛc̃
Mior ptꝫ. qꝛ sũt p̄ncipia p̄ma q̄ q̄ ad nos ꝛ q̄ ad naturã sꝫ no
ta. Dõm ꝙ duplicia sũt p̄ma p̄ncipia. s. cõplexa ꝛ icõplexa

pplexa sunt nota q̄ ad nos cognitis t̄minis. ꝛ q̄ ad naturā. vt oē totū ē maius sua pte Sꝫ pncipia incōplexa formalia lꝫ sint nota q̄ ad naturā. nō tn̄ q̄ ad nos. sed sꝫ nobis talia pncipia incōplexa difficilis ꝯgnitionis

Querit Quare dr̄ in textu neq̄ꝗ. Rn̄det̄ ꝙ iō q: ipossibile ē aliq̄d scire. vl' sciam alic⁹ hr̄e sine noticia sbcti. sꝫ noticia sbcti isti⁹ scie habet̄ ex ꝯgnitōe antipdicamētoꝝ. vt ex p̄dictis patuit. g̊ bn̄ dr̄ neq̄ꝗ

Equoca dn̄r quoꝝ solū no.

Hic ꝯn̄ter. Pe. h. exeq̄tur ꝓpositū suū determinādo de antipdicamētis. ꝛ diuidit̄ in ptes ꝺm ꝙ tria sꝫ antipdicamēta. s. diffinitō diuisio ꝛ regula Et p̄mo determinat de diffinitōe q̄ ps iteꝝ i tres subdiuidit̄ ꝺm ꝙ tres ponit diffinitōes. ꝛ p̄mo ponit diffinitō nē equocoꝝ di. Equoca dn̄r quoꝝ solū no⁹ est cōe ꝛ rō sube ꝺm il lud nomē est diuersa. vt aīal viuū ꝛ aīal pictū habēt cōe nomen scꝫ aīal. sed rō vtriusqꝫ est diuersa. Et est intellect⁹ diffinitōis equoca. s. equocata dn̄r. i. sunt dicibilia. q̄ꝝ nomē. i. vox equocās solū est cōe. ꝛ rō sube. i. res significata ꝺm illud nomē est diuersa. id est alia ꝛ alia

Querit Quare diffinitio est an̄ diuisionē. ꝛ diuisio an̄ regulā. Rn̄det̄ ꝙ iō. q: diffinitō vꝫ ad ꝯgnoscendū p̄dicamēta q̄ ad eē. eo ꝙ diffinitio explicat eē rei. sꝫ diuisio vꝫ ad ꝯgnoscēdū posse. nā p diuisionē explicat̄ ptās seu cōicabilitas alicu⁹ cōis. ꝛ regula vꝫ ad opari. q: regula antipdicamētal' ondit quō genera ꝛ spēs debeāt in p̄dicamētis ordinari. sꝫ eē ē an̄ posse. ꝛ posse ē an̄ opari. igr̄. Etiā diffinitō corn̄det p̄me opatōi intellcūs. diuisio scd̄e. ꝛ regula tercie

Querit Quare diffinitio equocoꝝ p̄cedit diffinitōꝫ vniuocoꝝ. ꝛ q̄re diffinitio vniuocoꝝ p̄cedit diffinitōem denoīatiuoꝝ. Rn̄det̄ ꝙ iō q: ars imitat̄ naturā in q̄ꝫtum pt̄. sed in arte sic ē ꝙ bon⁹ ortulan⁹ p̄us exerpit seu extrahit herbas inutiles. ꝛ postea seminat bonū semen. sic etiā pe. hys. p̄mo ponit ea q̄ nō sunt ponēda in p̄dicamēto. scꝫ equoca. et tn̄c ponit illa q̄ sunt ponēda in p̄dicamento. s. vniuoca. Pro q̄ notandū ꝙ diffinitio equocoꝝ valet ad noticiā p̄dicamētoꝝ dupl'r. s. affirmatiue ꝛ negatiue. affirmatiue ad reductiōem oīm

decē p̄dicamentoꝝ ad vnū cōe nō vniuocū sed equiuocū aut sal
tem analogū qd̄ est ens. Negatiue valet ꝙ nulla equiuoca inqȝ
tū eq̄uoca ponūtur in p̄dicamentis. Rō scd̄i ē q꞉ ꝑ diffinitōem
vniuocoꝝ cognoscim⁹ reductōem oīm p̄dicamentoꝝ vni⁹ p̄nti
ad principiū illius coordinationis. sed reductio oīm p̄dicamē
toꝝ vnius coordinationis est prior reductione acn̄tiū ad sub/
stantiā q̄ cognoscit̄ ꝑ diffinitōem denomiatiuoꝝ ergo ꝛ cetera.

Arguit Unū est añ multa. ḡ diffō vniuocoꝝ dēt p̄cede
re diffōem eq̄uocoꝝ Dōm ꝙ duplex ē ordo na/
ture ꝛ quo ad nos. ordine nature sic diff° vniuocorū deb; p̄cede
re diffōem equiuocoꝝ. ſ; ordine q̄ ad nos quē hic seruam⁹ ē ecō
tra· q꞉ prior est reductio oīm p̄dicamentoꝝ ad ens qȝ reductio il
loꝝ que sunt vnius ordinis ad principiū illius coordinatōis.
sed ad primā reductionē valet diffinitio equiuocoꝝ.

Ar. Solius vniuoci est diffinitio. sed equiuocū nō ē vniuo
cū igit̄. ꝛc. Dōm ad minorē ꝙ eq̄uocū capit̄ dupl'r. vno°.
ꝓ re substrata et sic nō est vniuocū. Alio° ꝓ illa intentōe vel pro
reb⁹; ſm ꝙ ꝯueniūt in illa cōi intētione et sic equiuocū ē vniuo/
cū et hic diffinit̄. Uel p̄t dici ꝙ nullū eq̄uocū p̄t diffiniri ꝟa dif
finitōe q̄dditatiā ꝛ eēntiali. p̄t tn̄ bn̄ describi aliqua notificatōe.

Ar. Diffinitio eq̄uocoꝝ nō ꝯuenit oī cōtento sub diffinito er
go nō est bona. Añs ꝓbat̄ q꞉ canis ꝛ aīal sunt eq̄uoca. et
tn̄ diffinitio nō cōuenit eis cū nō habeant nomē cōe cui⁹ rō sit di
uersa. Dōm ꝙ duplex est equiuocū sc; equiuocū equiuocās. et
equiuocū equiuocatū. equiuocū eq̄uocās est vox plura ſcans.
vt canis et aīal. Sed equiuocū equiuocatū sunt ipe res ſcate ꝑ
equiuocū equiuocans. vt equiuoca equiuocata hui⁹ nois canis
sunt aīal latrabile. belua marina. sidus celeste. et illa hic diffiniū
tur io exemplū dēt de equiuocatis dari vt aīal viuū al' pictū. sūt
equiuoca. i. equiuocata respectu aīalis q꞉ ꝯueniunt in solo no/
mine ꝛ nō ī re ſcata huius vocis aīal. Et quia equiuoca equiuo
cata semꝑ plura sunt sic diffinit hic equiuocata in plurali nūo ꝛ
sic diffinitū hic appellat plura sed nō ſcat plura. quia ſcat illa.
vt ꝯueniūt ī vna cōi intētōe q̄ oib⁹ ꝯtēt; ſb ea vniuoce ē ꝯueiens

Ar. Loyca nō h; ꝯsiderare res sed rerū intentōes. ergo h̄ non
diffiniūtur equiuoca equiuocata. Dōm ꝙ loycus nō h;
ꝯsiderare res absolute et realiter. sed bene potest ꝯsiderare illas

res que referuntur ad dici et ad p̄dicari. Et ergo dicitur equiuoca dicuntur et nō sunt ad denotandū q omnia que cōsiderat loycus considerat sub dici et predicari.

Ar Pe. hys. exemplificat de equiuoco eq̄uocante. ergo equiuoca eq̄uocantia diffiniūtur hic. Aňs pȝ qȝ dicit vt animal. et animal est equiuocū equiuocās qȝ plura s̄cat scȝ aīal viuū et aīal pictū. Dōm q pe. hys. nō exemplificat de aīali absolute et s̄m se. sed vt dr̄ de equiuocis equiuocatis que ꝯueniunt in aīali. quia dicit vt animal s̄cat animal verū et animal pictuȝ et hoc nomē aīal est eis cōmune.

Ar Aīal ē vniuocū. ḡ nō est equiuocū. Dōm q aīal ꝯsideratᷣ dupl'r. vno mō in ordine ad sua s̄cata scȝ ad aīal verū et animal pictum et sic est equiuocū. Alio modo ꝯsideratur in ordine ad sua inferiora siue ad suas sp̄es. et sic est vniuocū.

Ar Animal est semp̄ equiuocū. Probatᷣ p̄ arestotilē p̄mo de aīa. dicentē q rō aīalis s̄m vnūq̄dq̄ȝ aīal est altera et altera vbi loquitᷣ de aīali secūdo mō. Rn̄detᷣ q aīal capitur dupliciter vno mō physice ꝓut noīat naturā per differētias ad sp̄es cōtractam. et sic rō aīalis est altera et altera s̄m quodlibet aīal et sic etiam animal est equiuocū. Alio mō loyce s̄m q nomiat vnū cōceptū cōem suas sp̄es ꝯuenientē. et sic est vniuocū habens vnā diffinitionē equaliter omnibus sp̄ebus cōuenientem.

Notandū Q equiuocū eq̄uocās ē duplex. nā qddam est equiuocū a ꝯsilio et quoddaȝ a casu. Equiuocū equiuocās a cōsilio qd alio noīe vocatᷣ analogū est vna vox plura s̄cans per prius et posterius. exemplū vt aīal est equiuocū equiuocans a consilio. quia p̄ prius dicitᷣ de aīali viuo. et p̄ posterius dicitur de aīali picto ꝓpter sil'itudinē quā habet aīal pictū cū aīali viuo. Sed equiuocū equiuocans a casu est qd significat plura eque primo. vt canis s̄cat aīal latrabile. beluā marinā. et sidus celeste.

Queritᷣ Quare aliqd vocatur equiuocū a ꝯsilio. Rn̄detur q ideo qȝ sicut in ꝯsiliando fit quedā deliberatio sic q consiliū vnius sequitur cōsiliū alteri⁹. sic etiā i illius eq̄uoci impositione ad significandū plura est fcā q̄dā deliberatio ad imponendū hoc nomē ad s̄candū posteriora s̄cata. ꝓpter sil'itudinē quā habēt cū prio. Sȝ dicitᷣ equiuocuȝ a casu

q₂ casualiter aduenit illi equiuoco ꝟcanti vnū q̇ꝺ imponiꝛ ad ſi/
gnificandū aliud. Et areſtotiles exēplificat hic de eq̇uoco a ꝯſi/
lio et nō a casu q₂ diffinitio quiuocoꝝ valet ad cognognoſcen/
dū reductionē oīm p̄dicamentoꝝ ad ens. et ens ē eq̇uocū a ꝯſi/
lio ad decē p̄nta q₂ ens p̄us d̾r de ſuba ꝛ ꝑ posteri⁹ de accñte. A/
lia rō ē q₂ eq̇uocū a ꝯſilio satꝫ icludit eq̇uocū a casu q₂ ſi illd q̇ꝺ
min⁹ v̾r inee inē tūc q̇ꝺ mag̾. ſꝫ eq̇uocū a ꝯſilio ē mi⁹ eq̇uocū q̄ꝫ
equiuocū a casu et huic diff⁹ ꝯuenit ğ eē cōueīt eq̇uocato a casu

Ar Canis ꝟcat sua ꝟcata quodā ordine. q₂ p̄io ꝟcat aīal la/
trabile secūdo beluā marinā tercio ſydus celeſte q̇ꝺ ſic pꝫ
q₂ canis īponiꝛ a mordacitate. ꝛ illa mordacitas p̄io ꝯuenit.
aīali latrabili secūdo belue marine. ꝛ tercio ſyderi celeſti. ergo nō
eſt equiuocū a casu. Dōm ꝙ canis capiꝛ dupl'r. vno° q̄ꝫtū ad
illud a quo nomē īponiꝛ. ſ. a mordacitate. Alio° q̄ꝫtū ad illud.
cui nomē īponiꝛ. primo° eſt equiuocū a ꝯſilio. ſed secūdo° equa
liter ꝟcat sua ſignificata et eſt equiuocū a casu.

Ar Illud q̇ꝺ eque p̄mo plura ꝟcat eſt equiuocū a casu. ſꝫ om
ne eq̇uocū ē hmōi. ğ oē eq̇uocū ē eq̇uocū a casu. Minor
patet ꝑ interp̄tationē nomis q₂ d̾r equiuocū quaſi eque primo
plura ꝟcans. Dōm ꝙ equiuocū a casu ē p̄ncipali⁹ equiuocū. ꝛ ğ
interp̄tatio eq̇uoci poti⁹ ei attribuiꝛ. q₂ omē analogū ꝑ ſe poſi/
tū ſtat ꝓ ſignificato famoſiori. Uel p̄t dici ad minorē ꝙ oē eq̇/
uocū eſt eque p̄io plura vocans ex ꝑte rei. ſed nō ex ꝑte nr̄i in/
tellectus. Etiā pōt dici ꝙ illa interp̄tatio nō ꝯuertiꝛ cū interp̄/
tato ğ nō optet ꝙ omne eq̇uocū ſit eque p̄mo plura vocans.)

Querit Quare poniꝛ solū in diffōe eq̇uocoꝝ. Rn̄deꝛ
ꝙ ad denotandū ꝙ eq̇uoca eq̇uocata solū ꝯue/
niunt in vno ſcꝫ in voce eq̇uoci equiuocātis. exēplum vt belua
marina. aīal latrabile ſydus celeſte cōueniūt solū in illo noīe ca
nis. ſed nō ꝯueniunt in rōne. quia ratio eſt diuersa.

Ar Male ponitur in diffōne nomē. Probaꝛ quia verbū eē
eſt equiuocū. ſicut patet de hoc verbo lego. Dōm ꝙ nomē
capitur dupl'r vno mō ꝓprie put eſt ꝑs orōnis diſtincta cōtra
alias ꝑtes ꝛ ſic nō capiꝛ hic. Alio° capiꝛ nomē cōiter ꝓ voce ſi/
gnificatiua vt nomē ē notamē mētꝫ et ſic ṽba ſūt noīa et iſto° de
bet capi nomē in diffōne eq̇uocoꝝ. Et ſil'r ſuba nō dꝫ hic capi ꝓ
ut diſtinguitur contra accñs. ſed capitur ꝓ eſſentia rei.

Ar Ex diffinitōe equiuocoꝝ sequitˀ qꝫ ꝓpria noīa nō sūt eq̄uoca. Sequela ꝓbatˀ qꝛ nomē ꝓpriū nō est nomē cōe. Dōz qꝫ aliqd nom dr eē cōe dupl'r vnoᵒ cōitate ꝟcatōis.s.qn̄ aliq̄ vox est cōis pluribꝰ rebꝰ ꝟcatis. Alioᵒ aliqd nomē dr cōe cōitate suppositoꝝ vt termi cōes hn̄tes sub se plura supposita. Q̄uis igitˀ nomē ꝓpriū nō sit cōe cōitate suppositoꝝ est tn̄ cōe cōitate significationis. Uel dōm qꝫ noīa ꝓpria nō hn̄t nomē cōe.i.appellatiuū habent tamē nomē cōe.i.cōueniens multis.

Ar Ista diffō nō cōuenit equiuocatis entis vl' drāꝝ.ergo nō est bona. Añs ꝓbatˀ qꝛ nō hn̄t rōem.i.diffōem. Dōm qꝫ rō debet hic capi ꝓ notificatōe quacūqꝫ et nō tm̄ ꝓ diffōne q̄dditatiua et eēntiali. Uel dōm qꝫ licet ens et drn̄e nō hn̄t rōez.i.diffinitionē habent tn̄ rōem id est rem ꝟcatā ꝑ vocē.

Vniuoca dicuntˀ quoꝝ no

Dic ꝯn̄ter Pe.his.ponit diffōem scdam que est vniuocoꝝ. di. vniuoca dicūtur quoꝝ nomē cōe ē etrō sube ꝟm illud nomē ē eadē.exēpla patent in lr̄a. Sed rō ordinis quare diffinitō vniuocorū p̄cedit diffōnem denoīatiuorū est.quia diffinitō vniuocoꝝ valet ad cognoscendū reductionē oīm illoꝝ q̄ sunt vniꝰ coordinationis ad principiū eiusdē coordinatōis.sed diffinitio. denoīatiuoꝝ valet ad cognoscendū reductionē actn̄tiū ad subaꝫ mō p̄or est reductō aliq̄ꝝ ad p̄ncipiū eiusdē coordiatōis q̄ꝫ actn̄tium ad subam.ergo diffᵒ vniuocoꝝ p̄cedit diffōz denoīatioꝝ.

Notandū Q̄ꝫ duplicia sunt vniuoca.scꝫ vniuoca vniuocata ꝛ vniuoca vniuocātia. Uniuocū vniuocās ē nomē pluribus attributū ꝟm eandē rōem. vel est nomē ꝟcans naturā cōem multis. vt aīal attribuitˀ plibꝰ sp̄ebꝰ ꝟꝫ eādē rōꝫ.qꝛ rō aīal' ē eadē q̄ ad oēs suas spēs. Sꝫ vniuoca vniuocata dicūtˀ res diuse īportate ꝑ vniuocū vniuocās.l' sꝫ iferiora talis nature cōis. vt hō vacca leo.ꝛc̄.sūt vniuoca vniuocata respcū aīal'. Et diffiniūtˀ hic vniuoca vniuocata ī plī nūo ad denotādū plalitatē ꝛ ml'titudinē vniuocoꝝ sic dcm̄ ē d equocꝫ

Ar Quare Pe.his.nō dicit in diffōe solū nomen. Rn̄detur qꝫ iō qꝛ nō solū nomē.est cōe.sed etiā rō substantie ē cōmunis ipis vniuocis. vt hoc nomē aīal est cōmune oībꝰ suis vniuocatis et etiā rō aīalis est cōis ipsis.quia omia ꝯueniūt ī hꝫ

nomie animal et rõne id est diffinitione animalis.

Arguit Aial ē eq̄uocū.g°. nō est vniuocū vt dcm̄ ē pus g°. ħ male p ip̄m exēplificaẗ Rn̄deẗ ꝙ aial capiẗ dupl'r. vno mō q̄ztum ad sua significata ꝛ sic est eq̄uocū videlicet ad animal viuum et animal pictum. Alio modo compaẗ ad suas sp̄es et sic est vniuocū. et hoc modo hic ponitur

Ar Animal est eq̄uocū ad suas sp̄es. g°. nō est vniuocū. Añs pbaẗ qꝛ in genē latent multa id est multe eq̄uocatões vt patet septio phoꝝ. sed animal est genus. Dōm est ad istud argumētū sicut ad argum̄tū pretactū dictū est ꝙ animal capiẗ dupliciẗ. vno mō loyce. put nominat naturā cōem ꝑticipabilē suis sp̄ebus et sic est vniuocū. Alio mō capitur phice. put nominat naturam cōmunem actu in suis speciebus existentem et sic ē equocum. sed hic loquitur. Petrus hispanus de eo loyce.

Ar Gen° gn̄alissimū nō ħ3 rõem id est diffinitõnē. ergo nō p̄t esse vniuocū Dōm q̄zuis genus generalissimū nō habet rõem id est diffinitõem quidditatiuā et essentialem. habet tamen quādam notificationem descriptiuā que notificatio est cōmunior notificato. et sic etiam debet hic capi ratio.

Querit Que sint dr̄ña inter vniuoca equiuoca multiuoca ꝛ diu̓siuoca Rn̄deẗ ꝙ ista qꝛ eq̄uocū ē nomen plura significās. vt cais. Uniuocū est nomē vnū significās vt hō. Mltiuoca sūt multi voces vni attribute vt marc° tuli° et ens dicibile icōplexū ordiabile in genere ꝛc̄. S3 diu̓siuoca sunt mlte voces diu̓sas res significātes sicut hō ꝛ azin°. Et qn̄ queriẗ q̄re ħ nō diffiniuẗ multiuoca ꝛ diuersiuoca sic̄ vniuoca ꝛ eq̄uocs. Rn̄deẗ ꝙ iō qꝛ ħ determiaẗ de diffinitõib° q̄ valēt ad cognitõem p̄dicam̄toꝝ. s3 diffinitões multiuocoꝝ ꝛ diu̓siuocoꝝ ad illā nō valēt igiẗ. Et tales magl' spectāt ad grāmaticū q̄z loycū.

Denoiatiua dicūẗ quecūq3

Hic p̄nter Petr° hil. ponit vltimā diffinitõe3 sc3 denoiatioꝝ. rō ordis ex dictis est sumēda. Et val3 ad cognitõnē p̄dicam̄toꝝ puta q̄no nouē p̄dicamēta actn̄tiū reducūẗ ad sbam quā denomināt et de qua predicantur actn̄tal'r denominatiue. Dicit ergo denoiatiua dicunẗ quecūq3 ab aliquo solo casu dr̄ña sunt ꝛ b̄m illud no° ħn̄t appellatõnē. vt a gramatica grāmatic°. a fortitudie

fortis. Que diffio ꝺe intelligit ꝺenoīatīa scꝫ eiusdē ꝺenominātꝭ dicunt q̄cūqꝫ.i.que dr̄na sūt scꝫ ab aliq̄ abstracto solo casū .i. sola finali termiatōe. et ꝭm illud nomē id est vocem habent appellatōem .i. predicatōnem ꝺe subiecto inhesionis vel id est pulsionem ad alienā naturam vel extraneam nominationem.

Querit Qꝫ reqrūt ad ꝺenomiatiuā p̄dicatōnē. Rn̄detur ꝙ tria p̄mū est ꝺenoians. scd̄ꝫ ꝺenoiatū terciū ꝺenoiatiuuꝫ. Un̄ ꝺenominatiuū est ꝯcretū actn̄tale ꝺenominās est abstractū. ꝺenominatū est subiectum ꝺe q̄ predicat aliqd̄ actn̄s. exemplū vt homo est albus albedine ibi albus est ꝺenominatiuum albedo ꝺenominans. et homo ꝺenominatum.

Querit Quottuplicia sūt ꝺenoiatīa. Rn̄det ꝙ triplicia scꝫ voce tm̄. significatōe tm̄. voce ꝛ significatione siľ. Denoiatīa voce tm̄ sͭꝫ qn̄ ꝯcretū ꝯueit cū suo abstracto ī principio ꝛ differt ab eo in fine. sed nō dicit alienā naturaꝫ a subiecto vt human⁹ respcū hūanitatis qꝛ ꝯuenit secū in p̄ncipio et differt ab eo in fine et n̄ dicit alienā naťaꝫ. qꝛ nō significat form actn̄alit subiecto inherentē. Denoiatīa significatōe tātū siue ꝭm rem sͭꝫ illa q̄ nō cōueniūt cū abstracto in p̄ncipio ꝛ dr̄nt ab eo ī fine. sed dicūt alienā naturā a subiecto qꝛ scꝫ subiectū actn̄alr̄ ꝺenominant. vt studios⁹ respectu virtutis. Et nō dicit studiosus a studio. rō qꝛ studiū dt̄ solū vnū actuꝫ bonuꝫ moralr̄. ꝛ studiosͭ ꝭcat plenitudinē taliuꝫ actuuꝫ q̄ pleitudo ē ꝩtus. ergo nō dicitur ꝺenominatie a studio sꝫ a ꝩtute ꝭm ꝭcatōeꝫ tātuꝫ. vľ a studiositate ꝭm vocē ꝛ significatōem siľ. Sed ꝺenominatīa voce ꝛ significatōe sunt illa q̄ ꝯueiunt cum suis abstractis in principio et dr̄nt ab eis in fine ꝛ dicunt alienā naťaꝫ a suis subiectꝭ vt ab albedine albus a iusticia iust⁹ Et ꝙ talia ꝺenomiatīa dicunt alienā naťam a suis subiectꝭ patꝫ qꝛ sunt alteri⁹ p̄dicamēti qꝫ subiecta· vt hō ē alb⁹ albedie ibi subiectuꝫ ē ꝺe genē sub̄e et ꝺenoiatim .s. alb⁹ est ꝺe genere q̄litatꝭ. Et ꝺe istꝭ ꝺnoiatis .s. ꝭm vocem et significatōem siľ intelligit diffinitō ista. Ex isto patꝫ ꝙ tres cōditōes reqrunt ad ꝺenoiatiuum voce et significatōe simul. p̄ma ꝙ ꝺebet conueire in principio cū suo abstracto. Secunda ꝙ dēt differre ab eodē in fine Tercia est ꝙ ꝺebet dicere alienā naturā a subiecto siue extraneam nominationem.

Querit Utrū ista sit p̄dicatō ꝺenoiatīa hō est risibilꝭ.

Rñdeť φ sic qꝛ diffinitio denomiatiuoꝝ cõuenit sibi ⁊ silr tres cõditiones p̄dicte cõueniũt sibi qꝛ a risibilitate hõ dꝛ risibilis et risibile cõuenit cũ risibilitate in p̄ncipio et differt ab ea in fi/ne.et sil'iter risibile dicit alienã naturã a suo subiecto cũ sit de genere qualitatis et homo de genere substantie.

Ar Predicatio vniuoca ⁊ p̄dicatio denomiatiua distinguũ/tur sꝫ ista hõ ē risibilis ē vniuoca.ergo nõ est denoĩatiua Minoꝛ patet p pe.hiſ.in de cõitatibus dicentẽ φ gen⁹ spẽs dif ferentia ꝓpꝛiũ vniuoce p̄dicanť. Dõm φ ibi vniuoce p̄dicari nõ distinguiť ꝯtra denoĩatiue p̄dicari sꝫ cõtra equiuocã p̄dicatõem vt sit sensus gen⁹ spẽs dr̃ña ꝓpꝛiũ vniuoce p̄dicanť. qꝛ nõ eq̃/uoce. Uel dõm φ ista hõ ē risibilis ꝑtim est vniuoca et ꝑtĩ denomiatiua. Pro quo notandũ φ ꝭm versoꝛẽ tres ꝯditões requirunť ad verã denomiatiuã p̄dicatõꝫ.pꝛia ⁊ scđa supꝛa tacte sunt Sed tercia ē φ denomiatiuũ dicere dꝫ alienã naturã a subie/cto sic φ nõ sit de essentia subiecti.sicut genus respectu spẽi et φ nõ fluat a p̄ncipijs eẽntialib⁹ ip̄ius ꝓpter ꝭmũ human⁹ nõ est verũ denoĩatiuũ hoĩs dicẽdo hõ ē human⁹ ab hũanitate ꝓpter scđm ꝓpꝛia passio nõ est verũ denoĩatiuũ respectu spẽi eo φ fluit ex p̄ncipijs eẽntialibus ip̄i⁹.ē eĩ ꝓpꝛiũ coeẽntiale suo subiec/to et nõ ē oĩno aliene nature ab ip̄o. Sed tñ ꝭm rẽ significatã ē simpl'r denomiatiua p̄dicatio, qꝛ subiectũ ē aliene nature a suo ꝓpꝛio cũ sint diuersoꝝ p̄dicamentoꝝ .vt hõ est in p̄dicamento subẽ ⁊ risibile in p̄dicamẽto qualitatis in secũda specie.

